Bonifa-
cius de
Ceva

Sermo-
nes ~
Quadr-
agesi-
males


TOVT
ATOVS
EX LIBRIS
PAVL SCHMIDT

R XVI B. 8 = 94

A/950930

R XVI B 8= 94

¶ Preclarissimi viri F. Bonifacij de Ceua ordinis minorũ sacre theologie ac iuris vtriusq; laureati: necnõ in prouincia Francie super fratres minores meritissimi ministri Sermones quadragesimales interdeclamãdum excerpti & ab ipso transcripti in populoso fratrũ minoꝝ parisieñ. cenobio anno a virgineo partu. M. q̃ngẽtesimo supra tredecimũ: quo tẽpore p̃fat⁹ reuerendus pater Bonifaci⁹ viriliter dimicabat in alma parisioꝝ vniuersitate ꝓ laboriosa fratrũ obseruãtinoꝝ vnione cũ fratrib⁹ suis de regulari obseruãtia.



SURPONNE

¶ Prostant in officina libraria venerabilis bibliographi Mgr̃i Bertholdi Rẽbolt in vico sancti Jacobi sub Sole aureo commorantis.

M. Blasius de varda honesto viro Bertholdo Rembolt impressori parisiano/amico sibi cōprimis dilecto Salutem.

CVm sexto Idus aprilis vir spectatissime cōsueto familiaritatis more in fratris Iohānis gerardi minoritanorū religiōis cellulam me cōtulissem/preter cetera humanissime conuersatiōis solatia/sermōes mihi quosdam manu scriptos stillo oppido q̄ mellifluo/ac sententiarū splēdidos grauitate obtulit:quorū dum ipse mira alle ctus suauitate cursim secreta plustro/sic aīm oblectauerevt hibleis dulci ora mellibus meo palato herere viderē. quorū dum auctorē diligenti indagine pscrutarer. Reuerendi patris Bonifacii de ce uis lucubrationes esse testabatur:quos vt mihi tātilum cōcederet perlegendū facile impetraui:sed cū eosdem secreti⁹ aliquo mecū temporis interstitio tractarem/& suaui eorū lectura aīm depasce rem. Prothdolor fatiferū interea filū mei Iohānis parcarū manibus est abruptū:& letali mortis cōfossus iaculo/vir sūma mīa/castitate/clemētia/religione/parsimonia/acvirtutum oīm glomeratus p̄sidio ad ambrosias dapes. laticesq; diuinos ab hoc ergastulo corpori s/celicolarū transuolauit in contuberniū. Super quo mortē ipsam vite mortaliū emulā sepius certe nō expostulare non potui: sed mesta mihi frōte ipsi⁹ in mortales id esse officiū:parte ex altera cogitanti letifer ingruit horror. locupletissimū suggerens testimoniū:oīe mortaliū robur violēte mortis cēsure teneri obnoxiū Cepi tandem de sermonibus apud me relictis nō medio criter aīo fluctuare/& scrupulo conscīe fatigari/nō minus credas q̄ tycius inferas apud edes rapacibus vvlturū rostris expāso iecore miserabile celebrat conuiuiū. Sed nec p̄ri Bonifacio reddēdi eos mihi facultas aderat:qñquidē ipse solitis reformationib⁹ intendēs/& salutaris vnionis sue religiōis ad vnū (vt regula canit) caput typum ac modum conq̄rens:ab hoc luteciano cōuentu abfuerat:Cōsulturus igitur ad quendā super mūdane sapieñ. virū accurri:qui vt oīgena studiorū munera sacro fouebat pectore:certius me q̄ apollo fatidicus dubio exoluit/sermonesq; ipsos multis animi deliciis lepidissime suffarcinatos ob cōem xp̄icolarū frugē in publicū ꝓferri edixit. Eos igitur mi Bertholde tue fidei demādo/vt q oīm hui⁹ tēpestatis calcographorū in effigiēdis carracterib⁹: mendisq; noxiis emū gēdis vnicus existis:solita tua diligētia īprimendos ꝓcures: vñ tibi & priuata affutura nō dubito cōmoda/& publice te auctore consulet vtilitati. Si quippe ipsorū te abdita cōspicari nō pigebit. In-

uenies(mihi crede)ꝑplura illic ſecreta ſupceleſtia licꝫ maiora ab ce
lico illo ſpū (vt dignorū relatu accepi) deprōpta fuerint/vtinā im=
primēda. Crederes dubio ꝑcul bonū illū Bonifaciū nūcnūc ex deo
rū ꝑcilio inter mortales deuolaſſe:eo enī ſuſcepti in ſe diuini ignis
ardore deflagrat:vt quē ſermone aggrediat:vel nouū illi ſupindue
re aīm videat:vel ardēti quaſi facula inertes aīos extra ſe ad ſuper
mūdanorū ꝓtēplationē ocius inflamet. Si ad diuina nunc exurgat
eloquia dices in eiꝰ aīo ipa ſedes poſuiſſe:ſi flexis inde habenis ad
altos iuris legūqꝫ gurgites ſe cōuertat:putabis iuris vtriuſqꝫ vorti=
ces/ipſius ſtagnare ī pectore. Si ad recte dicendū fulmineū guttur
vibrare occepit platonē magno exacto ſui animi curriculo renatū
miraberis. Repperies hic preterea antidotū/non quidē hipocratis
qđ tabidis ſuccurrere norit mēbris/ſed languidis mole vitiorū mē
tibus ſubleuandis in celeſti apoteca cōfectū. Q; ſi oēm (vt ſpero)
ſeriē percurras/pleriſqꝫ certis paſſibꝰ herebis attonitꝰ:nec ingenii
acrimoniā/nec ſuauē dicendi fauū/aut inflamādi aīos (neſcio quā
vim a ſuperis ſibi datā) ſatis admiraberis. Torrentem quippe de=
moſthenis vehementiā declamādo aut ſupauit:aut certe adequa=
uit. Saxa enī vel ꝑpe vt alter orpheꝰ ſecū rapet:quē eorū albo vno
oēs ore ſcribendū acclamāt/q vno & altero accepto a pīefamilias
talento excreſcēti reddidere cū feruore. Pabulo quippe ſaluifico or
todoxe fidei cultores indefeſſus reficere cōtendit. Nec laboribꝰ ſuc
cūbit/nec lucubrationibꝰ obruiť/ſed maſculo ſemp aīo ad id eniti=
tur/vt in vinea dñi diurnū accipiat denariū. O preclarū certe hoīs
ingeniū. O felicē viri induſtriā:qui dū oēs quaſi mortales caducis
adnixi rebus voluptatibꝰ liberius indulgēt. Spretis ipe terrenis in
ſuperam regiā ſecū ferendū accumulat theſaurū. Vñ niſi ipm om
nem laudē quaſi ſyrenes deteſtari cōpertū haberē:ingrederer pau=
liſper ſua venia ſiluā ſuorū meritorū denſiſſimā:ſed ipſiꝰ pudor in=
genuus mihi ſilentiū ſuaſit. vnū tñ te pater reuerēde (licꝫ abſens)
oratū velim/parce mihi precor cū te abſente tuas iſtas omīfariam
frugiferas lucubrationes arte calcographa emittēdas tradiderim.
Cōpulit enī me id fidentiꝰ aggrediendū ardens deſideriū reueren
diſſimi & gratioſiſſimi dñi mei Iohānis gozton Iaurienſis eccleſie
paſtoris digniſſimi:quod ad te/tuaſqꝫ editiones concepit:qui quic=
quid tuo diuino ex ingenio denuo naſceretur eius per me ex tēplo
particeps fieri exoptat. Tuū igiť erit mi Bertholde terſum emū=
ctumqꝫ opus tante frugis maturius emittere. Cuiꝰ nichil tabidum
vnḡ ſordidumve manibus effluxit/quod te pro ſingulari tue hu=
manitatis officio facturum ſpero. VALE.

Ad reuerendū. p. bonifaciū de ceua Theologie & iuris vtriuſq; profeſſorem fratrum minorū prouincie francie benemerentē ministrum Nicholai boneſpei trecenſis humilimi oratoris carmen.

Ardua conſpiciens ſermonū verba tuorum
Exuperās veteres magne miniſter auos.
Quos ego ſollicita audiui ſemel aure: labellis
Cum fluerent ſacro tempore verba tuis.
Quantus erat populi fluxus: turbeq; frequētes
Pontifices/domini/teſtificarer ego.
Gratulor vnde tibi/mihi gaudeo/ ſoluoq; grates
Hos michi proſtantes ſcire licebit adhuc.
Maxima debetur tibi gratia: ſumme miniſter:
Qui bona per francas tot facis ipſe plagas
Q̄ doleo non poſſe tuū per carmina nomen
Cognomen verſus quoſq; ſubire poteſt
De ceua ergo vale celeſti vaſe triumphans
Vas celeſte gerens celica vaſa ſeris.
Cecropie vallis mel dulce: celerq;: vaferq;
Vir miſeros flectēs per tua dicta reos.
Vale vir preclariſſime

Ad politioris lingue virū magiſtrū blaſiū de varda reuerēdi dñi pōtificis Iauriēſis pariſieñ ſcolaſticū eiuſdē. n. boneſpei puteani carmen.

Acceleres blaſi lepidum facunde libellum
Conari volitet preſſus in ora virum.
Ingenioſe arti libros nil tale premendi
Nunc rutilat preſſo tantus in ore nitor.

Terſius hoc nihil eſt: populis maiuſq; monẽdis
Tempore tam longo eſt delituiſſe nephas
Mors niſi Iohannẽ capuiſſet dira gerardum
Iſtud opus varias iamq; tuliſſet opes.
Hoc tuus exoptat (peramat quẽ iauria) preſul
Iauria pontificem fauſta habuiſſe bonũ.
Ergo piũ blaſij (noſtri memor) oro volumen
Cures vt preſſum proſtet vbiq; nitens.
Vale.

Ad cãdidum lectorem ſuper multiiuga horum reuerẽdi pris bonifacij ſermonũ vtilitate Nicholai boneſpei cãpani treceñ. admonitorium carmen.

Si vacat o lector ſanctarum candide rerum:
Et dignam atq; ſacram cernere materiam.
Volue triumphantẽ ſtudioſa mente libellum:
Perlege ſermones temporis oro nouos.
Iure boni/potis es/facianos dicere: namq;
Ipſe boni (claros edidit hos) facius.
Tangit in hijs varios hominum ſubtiliter actus
Bellantum: vere dando ſalutis iter
Ius geminũ ſparſim iuenies: lepidãq; mineruã:
Funditus & ſophie ſenſa profunda ſacre.
O homines fauſti: o felicia ſecla: minores
O hylares: quibus hoc conſtat habere iubar.
Vt precio vincit fuluũ reliqua æra metallum
Sic codex alios pro breuitate pares.
Vale & hunc theſaurum antea
abſconditum tibi habe.

Eiusdem bonespei ad charissimum fratrem
Georgium prepositi minoritam carmē.

Iam tibi sermonum scimus quod adesse volumē
Quos bonifactoris lingua diserta tulit.
Ede nec extimeas populi fera dicta proterui.
Sic dulce authoris nomen in astra feres.
Vix excandescet venerabilis ipse minister
Effugiat laudem dum sibi vita luet.
Hoc opus eximium toto vulgabitur orbe
Mortuus ac absens vsq; malos retrahet.
Vt stellas vincit lampas phebea minores
Sermones superat sic liber hic alios.
Vale felix in euum.

Frater iohannes de monte parisieñ ad eū-
dē confratrē suū georgiū prepositi.

Vt noua decurrāt: Bonifactij scripta per orbem
Calcographis dones que sua cella tenet.
Doctificū haud lateat tam longo tēpore lumen
Contēnenda mora est nescia damna ferens.

VALE.

Ad spectatores.

Hic thesaurus adest omni precioſior auro
Hunc me quisquis emet iudice letus erit.

Iesus Maria Spes mea.

Veue par la court la Requeste a elle baillee par maistre Berthole Rembolt: et maistre Pierre gromors Imprimeurs de liures demourans en ceste ville de paris. Par laq̃lle ilz requeroiẽt inhibitions & defenses estre faictes a tous imprimeurs: libraires: & tous autres de ne imprimer ne faire imprimer vẽdre ne achater iusq̃s a quattre ans vng liure nouuellement cõpose: et par eulx imprime a grãs fraiz: mises: & despẽs intitule Sermones quadragesimales: reuerẽdi patris Bonifacij ordinis fratrum minorũ ministri in ꝓuincia Francie si nest de ceulx q̃ sont imprimez par iceulx Rembolt et Gromors sur peine de confiscation desdicts liures: damende arbitraire: et de prison. Veuz aussi plusieurs arrestz et ordonnances de ladicte court donnez en semblable cas et tout considere.

Ladicte court a defendu et defend a tous imprimeurs: libraires: et autres de ne imprimer ne faire imprimer ledit liure. et nen vẽdre ne achapter iusques a deux ans sinõ de ceulx qui auront este imprimez par lesditz Rembolt et Gromors sur peine de cõfiscation desditz liures et damende arbitraire adce q̃ ce pendãt Iceulx Rembolt & Gromors se puissent rembourser des fraiz: mises: & despens par eulx faictz en limpression dudit liure.
Faict en parlemẽt le cinquiesme iour de Jãuier. Lan de grace Mil cinq cens et. xvj. deuant pasques. Ainsi signe Robert.



Fratris iohannis de monte parisien mino
rite ad lectorem carmen.

Semp habet fulgẽs rutilantia sydera olimpus:
Sic minor emicuos continet ordo patres.
Emicat hos inter generis bonifactius alti
Cuius habet canum queq; minerua caput.
Hinc liquor aonius doctrinaq; sacra redundat:
Hinc tibi sermon um fertile constat opus.
Vale.

¶ Dñica in septuagesima Sermo de epl'a declamatus in ꝯuentu fratrũ minoꝝ Parisieñ. eo die quo illustrissime regine Francie quondã duxisse Britannie corpus mortuũ inferebat.



Omnes q̃dem currunt.j. Corinth.ix. Licet om̃es currerint iusti ad accipiendũ brauium dei: ꝟgo tamen maria velocius volans/ illud pre ceteris meruit adipisci. Ut igit̃ sic curram⁹ vt cõpre hẽdamus. breuiter eam salutabimus dicẽtes Aue.

Oẽs quidẽ currũt ꝛc̃. In verbis thematis tria sunt consideranda. scilicet
Currẽtium vniuersitas. quia omnes.
Cursus diuersitas. qꝛ alij sic. alij sic. qꝛ aliqui virtuose/ aliq̃ perniciose.
Et cursus terminabilitas. qꝛ oportet accipere brauium.

¶ Circa primum est notandũ ꝙ nullus est q̃escẽs in hac vita. Michee.ij. Nõ habetis hic requiẽ. Non habem⁹ hic ciuitatẽ permanẽtẽ: sed futurã inquirim⁹. Heb.vlt. Ideo sicut aque labimur moriẽtes.ij. Reg.xiiij. Omnes itaq̃ currũt. Sed qũo currũt claudi/ guttosi/ senes/ infirmi: ergo si hi non currunt: non omnes currunt. Dico ꝙ quadruplex potest assignari cursus.
Temporalis
Doctrinalis seu scholaris
Corporalis et
Mentalis

¶ De cursu tꝑali ptꝫ. qꝛ tẽpus currit et defluit: ꝛ nos ad mortẽ ꝓperamus oẽs. Juxta illud. C. de ve.iu. enucle. l.ij. Humani gñis cõditio semꝑ in infinitũ decurrit. Nec est qd̃ stare in ea perpetuo possit. Qd̃ nũc per exẽplũ cernim⁹ corporis regimine delati ad tumulandũ: quo tota ciuitas currit.

¶ De cursu doctrinali ꝛ scholari loquant̃ parisieñ. baccalarij qui eũ sunt ingressi/ qui oẽs ad vnũ licẽtiarũ brauium simul currũt. ab vno tñ (quo ad primariũ locũ) captandũ. Hij baccalarij in suo qñq̃ cursu lassant̃: qñq̃ succũbũt: perseuerãtes autẽ accipiũt brauiũ. Et in hoc cursu non oẽs currũt. ¶ Cursus aũt corporalis est omniũ currentiũ siue hoĩm siue brutorũ. et hoc modo nõ bene possunt currere claudi/ senes/ debiles et guttosi.

¶ Cursus vero mẽtalis est cõis oĩb⁹ hoĩbus: qꝛ oẽs vadunt ad cursũ suũ sicut equus impetu vadens in bellum. Jere.viij. ¶ Sed diuersimode. Aliq̃ eni currũt per mõtes. alij per valles: alij per cãpos: alij per prata: alij ꝑ siluas: alij per vicos. Qui per montes sunt cerui: qꝛ montes excelsi ceruis. p̃s.ciij. Et hij sunt qui currũt affectu ad deũ et in celestibus cõuersantur. Qui per valles sicut aq̃ que decurrunt in p̃ceps. Mich.j. Sunt qui terrenis et tẽporalib⁹ seipsos adijciunt: et tantũmodo tꝑalia curant: vt est acquisitio bonoꝝ ꝛ honorũ: et quia in p̃ceps currunt sepius cadũt. Qui vero per cãpos hij sunt lepores qui capiuntur a canibus qui affectũ ad honores et hoĩm fauores extendũt. ꝛ iõ penam habẽt propter culturã terre que fossis plena est. Sic amicitie hominũ plene sunt periculis et dissensionibus et peccatis. Qui vero ꝑ prata hij sũt vituli. Jer̃.l. Qui delicijs insistũt: ideo intricantib⁹ per tibias herbis facile cadunt. hij sunt qui dicunt illud. Sap̃.ij. Nullũ sit pratum quod non pertranseat luxuria nr̃a. Qui ꝟo per siluas hij sunt vulpes sicut aduocati et hypocrite qui per maleficia viuunt vt mendaces: raptores: fures: vsurarij: et deceptores qui spinis vndiq̃ pũguntur id est confusionibus ꝛ penis debitis inuoluũtur licet tegantur folijs. Qui vero per vicos hij fa-

tui sunt: ⁊ significāt eos qui quolibet et indifferēter ad oīa extendunt affectū/siue bonū siue nō. Sed de his oībus dicit̄ Hiere. xxiij. Fact⁹ est cursus eoꝝ malus ⁊ fortitudo dissimilis. ¶ Quō igit̄ est currendū? vel ꝑ quē locū? Rn̄deo ꝙ est currēdū qn̄q̄ lēte sed ꝑseuerāter. qn̄q̄ celeriter toto nisu: sed prudenter. qn̄q̄ caute/sed sufficiēter. Lente qn̄q̄ currunt armigeri ad hostē ne lassent̄ et lassi inueniātur quādo tp̄s est bellādi. Nam in principio cliui noster anhelat equus: sed in processu mōtis cito lassat̄ et anhelitū perdit. Sic q̄ venit ad seruitiū dei p̄parās animū suū ad bella tētationū. Eccl̄i. ij. Non debet festinare in principio: in fine bn̄dictione carebit. Prouerb. xx. Ideo stultus d̄r qui totū spiritū suū in prīcipio ꝓfert. Sapiēs vero reseruat ī posterū. Prouer. xxviij. vnde psal. p̄s. lviij. Fortitudinē meā ad te custodiā. ideo multi qui in principio ingressus religiōis voluerūt laxatis habenis currere defecerūt: aut per corporalē infirmitatē: aut per spiritualē debilitatē. Sit ergo rōnabile obsequiū. Ro. xij. vt durare possit: q̄r brauiū non nisi ꝑseuerātibus dat̄. de pe. di. ij. multi. Quādoq̄ aūt est toto nisu currendū videlꝫ cū fugiētes hostē locū salutis querim⁹. vel cū fugiētem insequimur: vel cū necessariū nobis quēlibet absentē/ ⁊ postea irreperibilē si tūc nō preoccupet̄/ querim⁹. vel cū portā claudi: nisi citi⁹ applicuerimus/ formidam⁹. vel etiā cū brauiū appetim⁹. Sic homo sentiēs hostem humani generis a tergo se sequētē vt rapiat. j. Pe. v. Laxatis habenis ad locū religiōis fugere debet. Iuxta illud Hiere. xlviij. Fugite de medio babilonis vt saluet vnusquisq̄ aīam suā Nam ⁊ armigeri sentiētes hostē post tergū reseratis calcaribus equū incitāt ad cursum: q̄b⁹ etiā nō moueri videtur: licet maximo currat īpetu: vellent siquidē eos equos q̄b⁹ fugientes insidēt alas assumere. Nā iuxta v̄gi. pedib⁹ timor addidit alas. ⁊ loquitur de cacco qn̄ vidit herculem. Nō igit̄ detineat̄ īpedimēt̄ rerū tp̄aliū dispositiōis eaꝝ cā: aut affiniū lachrymis q̄ ad dei refugiū currit. Nā ꝑuersus hostis hec oīa/ q̄b⁹ nos moret̄ et a cursu retardet ī via sternit: vt occupationib⁹ moratos attingere possit ⁊ captiuos tandē abducat. Nāq̄ solent hostes vel assiduis aggressib⁹ retardare fugiētes sicut cesar cū suis equitibus retardabat afranij ⁊ petrei exercitū volentē fugere ad aliū locū vt habet̄ li. j. cōmēta. de bello ciuili pompeyo. vel si nō possunt aggressib⁹ dispersib⁹ in via reb⁹ alliciētib⁹ ad predā vl̄ delicias morātur sicut Cirus expositis cibarijs apparatissimo cultu cōditis et vim copia thamiris massagetaꝝ regine filiū cōtra se veniētē in bello moratus est/ fingēs fugā Cirus cresi cōsilio: effuso autē exercitu massagetaꝝ presentatū abijsse Cirū sup̄ epulas: repēte cōuersus ad locum cirus eos oēs vna cū filio thamiris temulentos neci dedit: que postea nihilomin⁹ ciri etiā necis ratio fuit. Idē gallis factū a longobardis legim⁹. Non ideo quibuslibet reb⁹ moreremur ab inimico traductis vsi Hieronimi cōsilio q̄ dicit licet pater in lumine sedeat: licet mater sparsis crinib⁹ vbera quib⁹ te nutrierat ostendat. licet paruulus in collo pēdeat/ ꝑ calcatū perge patrē: et ad crucis vexillū euola. Solū pietatis gen⁹ in hoc casu esse crudelem. Bona vero monet ꝓijcere: si ordinari nō possunt citius. Laxatis etiā habenis currēdū est cū amicū vel necessariū abeūtem insequimur ne totaliter amittat̄: sic nos debem⁹ querere dn̄m dū inueniri pōt. Currite ad eū dū ꝓpe est. Esa. lv. Nam stultis virginib⁹ tarde veniētib⁹ dicitur. Nescio vos. Matt. xxv. Festinem⁹ igit̄ ingredi in illā requiē. Heb. iiij. quia veniet nox Joh. ix. Laxatis habenis etiā currēdū cum ad brauiū tendim⁹: qd̄ q̄ post attigerit capit: ideo currit̄ ad brauiū cum leuissimis equis hispanis turcis vel numidis qui d̄r morisques vulga-

riter. Oībus autē nobis currētib⁹ ꝓpositū est brauiū qđ nō oēs capiunt: ideo dicit apl's. Oēs quidē currunt/ sed vnus accipit brauiū: sic currite vt cōprehēdatis. Brauiū autē nobis ꝓpositū est vita eterna: sed nō eodē modo quo brauiū tpale: qꝛ illud solus ille accipit qui prior attingit. Uitā autē eternā oēs qui vsqꝫ ad finē currūt/ oīni tpe capiūt: qꝛ nec vni soli ꝓmittit nec ad hāc oēs pari feruore ꝑueniūt. Sufficit autē sine intermissione et ꝑseuerāter vsqꝫ ad mortē in cursu fidei per opa bona ꝓcedere. Qui tñ velocius currit. i. feruentiore aīo deū diligit ⁊ bonis opibus instat: plus apprehēdet. i. maius donū gl'ie cōsequetur Citius autē apprehēdit qui citius ex hac vita ad dñm vadit. Juxta illud Sap̄. iiij. Cōsummat⁹ in breui expleuit tpa multa: et hij quidē felices ad modū vidētur sicut scti innocentes q̄ prius eterne gl'ie cōprehēderunt brauiū: q̄ꝫ vite p̄sentis obtinuissent experimētū. Ad brauiū igitur eterne vite nos habenis laxatis currere dicimur īmo debem⁹: qꝛ ad hanc adipiscendā toto cordis desiderio tendere iubemur. dicēte lege. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua ⁊c̄. Nam cursus noster affectum poti⁹ respicit q̄ꝫ effectū. Cor ⁊ animū prius d̄r considerare de⁹ q̄ꝫ manū vel pedē. xiiij. q. v. c. si q̄d. qꝛ nō cōsideratur tantū q̄d: sed quo aīo fit. xv. q. vj. c. j. de pe. di. j. quis aliqñ. non etiā respicit de⁹ que offerūtur/ sed offerētiū volūtatē. xxiiij. q. j. odi. qꝛ elemosina cordis maior ē q̄ꝫ corpis. xlv. dis. due sunt. qꝛ de⁹ qui abscōditoꝝ est cognitor: ad animū sibi ministrātiū respicit principaliter: nō manū. in cle. de verbo. sig. exiui de paradiso. §. q̄ꝫuis. ideo et volūtas ꝓ facto reputat̄ vbi deest facultas. de pe. dis. j. quis aliqñ. §. itē illud. Nam volūtas non opus remunerat̄. de pe. di. j. si cui. qꝛ magis est īspector cordis de⁹ q̄ꝫ opis. xv. q. vj. si sacerdotib⁹. Nam vt d̄r Pro. xvj. Appēdit corda dñs. i. librat vt ibidē d̄r. Spirituū pōderator est dñs. et Job. xxviij. Appēdit in mensura: ideo ꝑm tulliū volūtas in oībus est spectanda Caute vero sed sufficiēter currere debent qui inimicū sequūtur ne ad insidias trahātur: sicut filij bēiamin. Judicū. xx. et Josue. viij. Sic ⁊ nos caute sufficiēter debem⁹ currere insequēdo vitia ne ab eis capiamur.

¶ Currentiū varius est modus. Aliqui rectū. aliqui obliquū. aliqui sursum. aliqui deorsum habent cursum. ¶ Rectū habent qui dicūt Uiā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri. p̄s. cxviij. Et beati sunt qui possūt dicere. Pes enim me⁹ stetit ī via recta. p̄s. xxv. ¶ Sed pauci sūt in obliquū/ currūt oēs peccatores ⁊ diē legis transgressores ep̄i simoniaci. eccl'iastici male viuētes. religiosi ꝓp̄etarij. iudices corrupti. aduocati fallaces. ꝓcuratores et notarij falsarij. mercatores mendaces. et vsurarij. ⁊ cetera id gen⁹. ¶ Sursum currūt aliq̄ bñ: aliq̄ male Aliq̄ currūt ad honores hui⁹ mūdi: ⁊ hij sil'es sunt alaudis q̄ volāt in altū canētes sꝫ cito cadūt. ¶ Aliqui vero currunt sursum querētes q̄ sursum sunt. Colo. iij. Deorsum vero currūt facile ad dānationē: qꝛ facilis descensus auerni: sed reuocare gradū/ supasqꝫ euadere ad auras/ hoc opus hic labor est. ¶ Notandū ꝙ aliqui currūt ad occidendū Prouer. j. Ad malū currunt. p̄s. xiij. Ueloces pedes eoꝝ ad effundendum sanguinē. et Esa. lix. Tales sunt armigeri. Aliqui currūt ad insequendū vt venatores: sed aliqui currūt post ceruas domesticas. Prouer. vij. Sequitur eā quasi bos. Alij insequūtur venātes lucra vt mercatores. Horati⁹. Impiger extremos currit ⁊c̄. Sic et aduocati ad palatiū currūt. Alij insequūtur honores quo cursu currūt curiales. Aliqui currunt ad p̄ueniendū sic currit̄ in stadio: sic iohānes preuenit petrū. Joh. xx. Sic ꝑ inuidiā multi currūt/ ad habēda potiora loca vt licentiādi parib̄. Alij vt preueniāt ad beneficiū vel officiū impetrandū. p̄s.

xvij. ℙreuenerũt me in die afflictionis: scz mortis alicui⁹ cui⁹ beneficiũ petit. Aliqui currunt ad euadendũ sicut fugiẽtes. Et sic debemus fugere mundũ cursu veloci. Alius est cursus videlz terminabilitatis vnde dico q̃ finis cursus corpalis est ipotẽtia mẽbroꝝ: ꝛ sic amplius nõ currũt q̃bus tibie desũt antiqui ꝛ guttosi. Eccls. vlti. Excelsa timebunt. i. crura: ꝛ formidabunt. i. debilitabunt ꝛc. Finis cursus doctrinalis est magisteriũ. Finis cursus tpalis est mors. Finis cursus mũdialis. i. laborũ est retributio. Finis cursus mẽtalis est deus. In fine igit̃ cursus accipiet quisq̃ premiũ laboris: ideo dicitur in euangelio quod iustum fuerit dabo vobis.

¶ Sermo. ij. de euangelio fact⁹ in cathedrali eccleſia.

DLantauit vineam. Mat. xx. Memini alias hũc sermonẽ generalẽ siue epalem fecisse: q̃obrem fieri poterit vt de eadẽ materia aliq̃d idẽ vobis fortasse possim dicere: q̃ sepius eedẽ occasiones eũdẽ assequunt̃ effectum. Veritatis eteni vna est ratio vbiq̃ ꝛ semp eadẽ. Mimirũ igit̃ si nos eandẽ euãgelij lectionẽ habentes in priorẽ aliqualiter eiusdẽ lectionis expositionẽ ꝙueniamus. cũ presertim que prius dixim⁹ oĩno nostrã effugerit memoriã. Nam omniũ habere memoriã diuinitatis poti⁹ est q̃ humanitatis. ℒ. de ve. iu. enu. l. tãta. §. si quid. ℙotest enĩ esse vt aliquis auditoꝝ verba meminerit q̃ predicator ipse penitus obliuioni mandauit. Estimo tñ nihil eorũ me esse ꝓlaturũ que priore dixerim sermone: qm̃ idem licet spũs eandẽ ꝓcurrat oronẽ: nõ tñ eodẽ modo circa fantasiã operat̃ sẽper. Diuersis enĩ tpib⁹ diuerse nobis etiã circa eadẽ expositiões occurrũt: q̃ nunq̃ spũs hois in eodẽ statu contẽplationis pmanet. Q̃m igit̃ ea compellor necessitudine in virginẽ mariã verba primũ facere qua nec possum nec volo liberari vineã interpretabimur eã primo fuisse. In hãc vineã neminẽ preter seipm dñs ad laborandũ misit: q̃ noluit eã alienis vsib⁹ mancipari. hec ẽ porta quam sol⁹ princeps ingressus est. ¶ Duo enĩ sunt que cõsortium nõ patiunt̃: videlz. Mulieris cõtuberniũ: ꝛ regni dãnũ. Vñ persi⁹. Nulla fides regni socijs. Diſq̃ potestas impatiẽs cõsortis erit. De coniugis autẽ cõsortio alieno dicit Virgi. Cõiuge corrupta nec solus tãgit atrides. Iste odor solus: hanc itaq̃ vineã virginẽ mariã dñs ob odorẽ ex ea manantẽ ingredi dignat⁹ est. Si enĩ vinee florẽtes aiaꝝ odorẽ emittunt sua uissimũ in cõspectu dei Iuxta illud. Cãti. ij. Vinee florẽtes dederũt odorem suũ/ q̃to gratiorẽ oĩb⁹ odorẽ ipa reddidit virgo gloriosa q̃ fuit vinea dñi sabaoth. Esa. xvj. Vomere sancti spũs ꝛ singulari modo laborata: in excelso mõte virtutis ad orientẽ vergẽte diuini respectus: ꝛ quasi feruẽtissimi solis ardorib⁹ exusto: cõplantata que enĩ ad occidẽtẽ vel aquilonẽ vergẽtib⁹ in collib⁹ vinee plantant̃: lõge debiliora atq̃ acriora pferũt vina in vallib⁹ siue planis: etiã vinee cõparari eis q̃ in mõtibus habent̃ haud sane possunt: q̃obrẽ exigue virtutis hoies quasi valliũ humore pleni/ vinũ amoris deo dignũ: vix afferre possũt. Canti. vij. Dignũ dilecto meo ad potãdũ: q̃ debile est/ ꝛ vt plurimũ acre. In vinea gl̃iose virginis. i. aia ei⁹: fuit vitis abundãs omni gr̃a que frondea tecta prebuit ad spacia leta deo: qm̃ illius vmbra lassato ex hoĩm pctis dño gloriosam prestitit requiẽ et amenũ valde deambulatoriũ preparauit. Sub hac vmbra sedẽt qui secreta loquunt̃ alta. Iuxta illud Cãti. ij. Sub vmbra illi⁹ sedi/ ꝛ fructus eius. i. xps. dulcis gutturi meo: q̃ quicq̃d de diuite concipimus: hoc totũ ex marie partu cognoscim⁹. Odorẽ hui⁹ vinee sentientes efficimur: hui⁹ vinee florem videntes vel gustãtes reficimur: vinũ vero bibẽtes perficimur. Afficimur odore hũanitatis mortificate: pficimur dul

core carnis resuscitate salutisq; donate. Floruit hec vinea qñ dei filiũ cõcepit. Canti. j. Vinea nra floruit: botrũ ptulit qñ eũ peperit. Vinũ vero torcular passiõis effudit/ qñ in cruce dominus oĩm pro salute sanguinẽ sacrũ expressit. Bibẽs noe vinum ex vinea quã plãtauerat inebriat⁹ iacuit in tabernario nudat⁹. Geñ. xix. Sic quodãmodo de⁹ inebriatus amore virginis q̃ fuit quasi vinea plãtata dextra dñi. ps. lxxix. Vel vinee. i. hũane nature: seipm in crucis patibulo nudari permisit. Merito igit hanc virginem collaudamus: cui⁹ gra vinũ nostre salutis hauri⁹: ei saltẽ offeramus carmen angelicum. Aue maria.

¶ Plantauit vineã. Matth. xx. Vinea laboriosa delicioſa atq; preciosa est: qr vinũ haud absq; labore pcipit: ideo dñs posuit adam in paradiso vt oparetur. Geñ. ij. Delicioſa est tpe florum cui⁹ etiã odor expellit oñe venenũ. Serpẽtes enĩ fugant odore florẽtis vinee. Preciosa est: qr vinũ bonũ est preciosum. Per hanc igit vineam possumus intelligere humanã naturã. Eccleſiã in sensu allegorico: in sensu vero tropologico aiam. in sẽsu anagogico patriã supernã. Sed hec vltima vinea delicioſa quidẽ est ⁊ precioſa sed nõ laboriosa: qr ibi requiescũt a laborib⁹. Apoc. xiiij. Primo naturã humanã intelligere possum⁹ eo q; eã plantauit de⁹: nõ quidẽ laborioſe plãtauit/ sed laborioſe reparauit: in cui⁹ reparatiõe labores habuit a iuuentute sua. ps. lxxxvij. Juxta illud Esaie. xliij. Laborare me fecistis in pctis vestris. Difficilior siquidẽ fuit reparatio q̃ creatio. Creãdo tm̃modo dixit et facta sunt: reparando vero ⁊ dixit plura ⁊ fecit mira: ⁊ ptulit dura ẽm Ber. Hec vinea cum primũ plantata fuit protulit labruscas ⁊ spinas. i. malos viros vt cayn: ⁊ ceteros prime generationis pctores quã de⁹ extirpauit per diluuiũ: vno solo palmite fructuoso relicto. i. noe. Geñ. vij. A quo iterũ refloruit ⁊ multiplicata est: ⁊ nõ nullos fructuoſos fecit palmites vt abraã ⁊c. ¶ Eccleſiã vero designari per vineã in esaia. Esa. v. Legimus que poti⁹ iudaice sinagoge sil'itudinẽ habet. Hanc vineã eccleſie plãtauit cũ labore: purgauit cũ dolore: vindemiauit cũ amore. Nam plantata fuit in sanguine xpi ⁊ martyrũ ei⁹ de quibus canit. Hij sũt qui viuẽtes in carne plantauerũt eccleſiã sanguine suo Jdeo dicitur vinea dilecti filij olei. Esa. v. et vinea electa. Hiere. ij. Putata vero est siue purgata cũ sudore/ qr ad purgãdas hereſes plurimũ sudauere doctores: ⁊ nũc quoq; sudant qui vel per doctrinã vel diſciplinam diſcolos corrigere habẽt. Neq; enim facilis est malorũ correctio sicut nec cõuersio. Sepe mortis pericula prelati subeunt in correctione malor̃: qð ego ipse palã testari possum. Jn reformationib⁹ enĩ quas feci sudores mortales pati neceſſe fuit et sepe. ¶ Vindemiat autẽ cũ dolore/ sed amoroſe: qr per dolorẽ mortis xpi ⁊ iustor̃ capitur fruct⁹ fidei nostre. Tũc enĩ de⁹ vindemiare dr vineã suam cũ iustos quoscq; p mortẽ qualẽcũq; ad se vocat qui ad eũ cũ amore pergũt. Nũc aũt adeo vindemiata est vinea nra. i. spoliata viris bonis: vt in ea vix racem⁹ sctitatis inueniat vt dicere possimus illud Michee. vij. Non est botrus ad comedẽdũ/ perijt sctus de terra: ⁊ rectus in hoib⁹ non est. ¶ Hec vinea licet laboriosa sit/ nihilomin⁹ in eã oẽs fere nũc ingrediunt vinitores. i. prelati: nõ quidẽ ad laborandũ vt fructificet dño/ sed sibiipsis: qr̃ ea reperiũt locũ deliciarũ ⁊ honorũ/ non laborũ. Quis est enĩ prelatus qui vadit in vineã ppter fructũ aiar̃: Certe poti⁹ p pter lucrũ pecuniar̃: ideo dr q; singularis ferus depastus est eã. ps. lxxix. vt verificatum sit illud Hiere. xlviij. Plorabo tibi vinea sabama: qr predo irruit sup vindemiã tuã. i. prelat⁹ qui non intrauit p ostiũ dictus fur a dño Joh. x. Delicioſa igitur est vinea ecclesie iustis qui letãtur in pulchritu-

dine viriditatis scripturarū et odore bono sctōz. sicut dicit apl's. Xpi bon⁹ odor sum⁹. Nam z delicie dei sunt cū filijs hoim. Prouer. viij. Malis vero delicioſa est ꝓpter lucrū: ideo omnes hanc vineā ingrediunt libēter ad lucrandū nō laborandū. Est etiā hec vinea p̄cioſa: qz empta p̄cioſo sanguine dñi. Juxta illud. Empti enī estis p̄cio magno. Sed multi hāc sacratissimā vineā ꝓphanāt/z reb⁹ comparāt tpalib⁹: qz vindemiant eā oēs qui p̄tergrediunt viam. i. trāsgressoꝛes viarū dñi. Hoc enī tpe non nisi publicis trāsgressoꝛib⁹ beneficia tradūtur eccleſiastica vt dicere possum⁹ illud Mal. iij. Siquidē edificati sint faciētes impietates: qz vt dicit Hiere. xij. Bene est oīb⁹ qui p̄uaricātur z inique agūt. Conclude q terra data est in man⁹ impij. Job. ix. Heu qz puer si residēt celso moꝛes solio sanctaq calcant latet obscuris cōdita virtus clara tenebꝛis ꝑm Boetium. ¶ Animā etiā per hanc vineā possumus intelligere quā opoꝛtet quotidianis excolere laboꝛib⁹: qz mala herba cito crescit quā eradicare necesse est. Quia vt dꝛ Esa. vij. Vepꝛes z spine crescūt in oi terra. i. vitia oꝛiunt in coꝛdib⁹ humanis. In montib⁹ vero qui sarculo sarciūtur. i. in virtuosis hoīb⁹ qui seipos assidue per sarculū recognitionis ꝓprie purgāt/nonveniet illic terroꝛ spinarū z vepꝛiū. Anima ergo iusti est vinea dñi sabaoth. Esa. xvj. que germinat. Canti. vj. qñ bonā voluntatē pꝛomouet z elicit actū bonū. ¶ Sed notādū q p̄iusq̄ germinet vinea/ploꝛat. Sic in aīa lachꝛime ꝓtritionis p̄cedūt germē deuotiōis et delectatiōis. Post germen apparēt flores in terra nostra. Can. ij. qz post bonā voluntatē sequit opus possibile. Botros aūt ꝓducit qñ bonos ꝓceptus ad effectū perducit: quos ingrauidat gꝛa spūs sancti: z tūc est botrus cipꝛi in vineis engaddi. Canti. j. Et talis aīa potest dicere illud. Eccli. xxiiij. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoꝛis: et flores mei fructus honoꝛis z honestatis. Talis vinea est delicioſa deo et sibi z alijs in qua de⁹ libēter inhabitat mansionē faciens. Joh. xiiij. Et ipsemet custodit vineā. iuxta illud Canti. j. Posuerunt me custodē in vineis Sed z nosipsi debem⁹ vineā sollicite custodire: ne flentes dicam⁹ post p̄edam. Vineā meā non custodiui. Canti. j. Pꝛecioſa est hec vinea: qz nec totus mūdus dignū ei pꝛecium esse potest. solus hanc de⁹ emere digne pōt. Sed multi sunt qui hāc diabolo vendunt exiguo pꝛecio vt lubꝛici per fruſtū carnis putride. Unde ꝓuerb. vj. dicit q mulier viri pꝛecioſam animā capit. Quari per nūmū labilē: supbi p fumū honoꝛis trāseūtis sicut puluis turbine raptus ex area: et sicut fum⁹ de fumario. Osee. xiij. Ideo peccatoꝛis aīa dicit vinea sodomoꝛ: z de suburbanis gomoꝛre. Deut. xxxij. Quorum vua fellea z botrus amarissim⁹. Fel dꝛaconū vinū eoꝛū/z venenū aspidū insanabile. Vinea quidē est sodomoꝛū: qz plena vitijs. Vua vero amara: qz in cogitationib⁹ impij est cōturbatio. Prouer. xv. Botrus etiā amarissimus: qz verba impioꝛ insidiātur sanguini. Prouer. xij. et amaritudine pctī plena sunt. iuxta illud. ps. xiij Quoꝛ os amaritudine plenū est. Sz et si dulcia videant verba pctōꝛis vt adulatoꝛis et lubꝛica loquētis: tñ certe amaritudinē moꝛtis inferunt: qz iuxta ps. Sepulchꝛū patēs est guttur eoꝛ: z linguis suis dolose agebāt. Et de meretrice dicit. Prouer. ij. z. v. q dulcia verba sua facit: sed nouissima ei⁹ quasi absinthiū amara sunt. Vinum vero. i. delectatio eoꝛū est venenum insanabile: qz letant cū male fecerint. Prouer. ij. ideo qui gaudēt in malis conseneſcunt in malo. Eccī. xj. Nam ꝑm Senecā. Desinit esse remedij loc⁹ vbi q fuerāt vitia moꝛes fiūt. ¶ In hoc igitur sermone habemus considerare tria: videlicet

Vinee designationē siue figurationē

Compoſitionem et

Fructificationem

¶Circa primũ est cõsiderandũ qd significet hec vinea/ & hoc supra dictũ est fm tres sensus expositos. Circa scõm est considerandũ qũo hec vinea fuerit plantata/ cõposita/ culta/ & custodita. Quo ad plãtationẽ litteraliter accipiẽdo vineã legit Gen. viij. q noe primus plãtauit vineã/ de cuius vino bibens inebriatus est. Sed qũo didicit noe plantare vineã? Dicẽdũ q reperiẽs vuas que sponte nascebãtur accepit lignum et in loco aptiore trãsplãtauit: sicq vineã fecit. ¶Allegorice vero dr dñs trãplãtasse vineã ppli israel i iudea quã eduxit de egypto. iuxta illud. ps. lxxix. Vineam de egypto trãstulisti/ eiecisti gẽtes: & plãtasti eam. Qd aũt sequit. Plantasti radices ei? & impleuit terrã. Operuit montes vmbra ei?: & arbusta eius cedros dei. Extendit palmites ei? vsq ad mare: et vsq ad flumen ppagines eius. Hoc totũ videt ecclesie potius q̃ synagoge conuenire/ q synagoga nõ habuit illã dilatationẽ et eminentiã. Neq enĩ reges terre/ qui per montes hic designantur operti fuere a synagoga sicut ab ecclia. Neq extẽdit ramos suos ad fines mũdi sicut ecclia. ¶Tropologice vinea significãs animã plantat primo qñ in corpe collocatur post. xl. dies organizato corpore in vtero matris: sed tũc plantat in terra limosa. i. in corpe cõcepto in pctis. iuxta illud. ps. l. In pctis concepit me mater mea. Et ideo vinũ ei? semp sapit terrã: q desideria aie naturaliter sunt fm carnẽ. Nam sensus nostri in malũ proni sunt ab adolescẽtia. Gen. viij. & xij. q. j. oĩs etas. et. xx. q. iij. c. procliuis est hominũ sensus: et imitatrix natura vitioꝝ. Idẽ habes i autẽ. de no. coll. j. §. triẽnij. ideo dicebat Paulus se habere legẽ membroꝝ. Roma. vij. ideo dicit Tulli? de paradoxis q mor vt in lucẽ editi sumus in oñi puersitate versamur: ita vt cũ lacte nutricis errorẽ pene suxisse videamur. Transplantat autẽ hec vinea qñ renascimur ex vtero ecclie per baptismũ/ q tunc pctm originale deletur & fomes inclinãs ad malũ diminuit: & gra resistẽdi prauis inclinationib? condonat. q̃ obrem odor vini mutat in meli? amisso sopore terrestri celestẽ poti? affert: q & cogitatus aie fidelis in dño iactant. ps. liij. Et verba diuina resonãt ex ore fidelis. Opera quoq ipsa/ terrenã minime sapiũt voluptatẽ sed celestẽ: licet non plene libera sit ab odore primo. iuxta illud Job. ix. Si lotus fuero quasi aq̃s niuis: & fulserint velut mũdissime manꝰ mee: tm sordib? intinges me: & abominabunt me vestimenta mea. i. carnis corruptio qua vestimur. Trãsplantabitur aũt adhuc semel i mõte sctõ dei id est post presentẽ vitã in paradiso: & tunc oĩno perdet terrestrẽ odorẽ/ & retinebit celestem: q & ipm corpus post resurrectionẽ non corrũpetur ampli? nec grauabit aiam. Sap. ix. q corruptibile induet incorruptionẽ. j. Cor. xv. ¶Synagogice autẽ vineã celestis curie plãtauit dñs q̃ angelos creauit: transplantauit autẽ q̃ deiectis malis angelis bonos in gra cõfirmauit. Sed & nũc quasi tot palmites plãtat quot in celo beatoꝝ aias locat. iuxta illud Exo. xv. Introduces eos et plantabis in monte hereditatis tue &c. quo vtinã pducamur Amen.

¶Ad hec in premissis alia ponitur expositio.

¶Plantauit deus vineam. i. primã hoĩm cõgregationẽ. Que quidem vinea fecit vinũ deo amarũ: ideo extirpauit eam. Gen. vij. excepto vno palmite. i. noe: ex q̃ noua vinea plãtata ẽ in quã introduxit aliq̃s bonos operatores. i. patriarchas qui erãt plantati in fide dei. Sed hec vinea non erat sufficiẽter plãtata: ideo meli? plantauit eam tpe moysi qñ legẽ quasi stipites plãtauit decẽ. Et in hãc introduxit multos bonos opatores. i. sctõs pphetas. Sed hui? vinee vinum sapiebat terrã suã: q iudei diligebant deũ ppter terrena bona: iõ fecit nõ vuas

sed labrusca. Esa.v. Ideo de⁹ excidit eam et dedit stipites beatis aplis vt transirēt ad gētes. Act.vj.⁊ plātarent eā in territorio nr̄o: vbi per aliq̄t tēpus ꝓduxit vinū fortissimū.i.amorem feruētissimū vt ptz in sctis martyrib⁹ qđ vinum de⁹ libētissime bibit: qr erat dignū. Can.vij. Sed nūc nō ꝓducit nisi labrusca et vinū viride: qr amor dei non feruet in nobis. Igitur timeo ne dominus extirpet vineam suam sicut prius.

¶ Dominica in sexagesima.

Exijt qui seminat. Lu.viij. Postq̄ semen bonū seminatum in Adam deprauatum est ꝑ inimicū qui sup semīauit zizania. Lu.xiij. Nūq̄ amplior⁹ ortū est semē in terra faciens fructū bonū/ donec illud iacta tū est in quo bñdicunt oēs gentes. Gen.xxij. Qđ est xp̄us de quo dicit Lu.j. Benedictus fruct⁹ vētris tui. Quod q̄dem semē cecidit in terra benedicta. Cui or. Bñdicta tu in mulieribus. Tunc enī dedit dñs benignitatem ⁊ terra dedit fructum suum. ps. lxxxiiij. Ergo inq̄tum oēs sum⁹ participes nature filij dei ꝑm humanitatem/ oēs bñdictionē conseq̄mur/ quasi fructū ipius semis. Ideo dicit. Nisi granū cadens in terrā mortuū fuerit multum fructum affert. Joh.xij. Hoc igit granū in agro virginis seminatum in area crucis excussū siue in atrio pilati ꝑ virgas: panē salutis nobis tribuit/ ergo digne ipam ꝙginem salutemus que nobis extitit causa salutis: dicentes. Aue maria.

¶ Exijt qui seminat. vbi supra.

¶ In his ꝙbis ostendet seminantiū qualitas. quare. Pro quo dico q triplex est semen videlicet

Verbi
Doni et
Exempli.

¶ Semen verbi spectat ad prelatos. Ideo dr̄. xliij. dist. c. dispēsatio nobis celestis seminis est cōmissa ve nobis si non sparserimus. Sed quo seminabit qui nō habz semen.i. ꝓlatus carēs doctrina. Nemo enī dat qđ nō habet j.q. vij. Daibertū. Habent quippe ꝓlati semen redditiuū in bursa/ sed non semen sciētie ⁊ ꝙtutū. Ne igit vacuū staret prediū dñi misit seminatores.i. mendicātes q̄ predicant ex ꝓuilegio. Neq̄ enī opus est puerop̄ dicatio: maxime siquidē auctoritas est oībus corā verba facere. nec pati ꝓtradicentem. Heu qr ager dñi sanguine precioso filij eius irroratus. Vacuus pene bonis frugib⁹ est defectu seminatop̄ ordinariop̄. Qualem igit putamus penā exigi ab hijs qui agrum dñi excolēdū receperūt videlz ab episcopis qui nihil fructus inde referūt: quin etiā bona q̄ insunt fundo exscindunt. iuxta illud. Esa.iij. Vos enī depasti estis vineam meā. Et nō modo sunt quidam epi q̄ non semināt semen ꝙbum dei in agro sue dioceſis cū nihil sciant/ quin etiā volentes semīare id est mēdicantes/ ꝓhibent/ ve illis. qr nec ipsi introeūt/ ⁊ alios volentes ingredi regnū dei ꝓhibent. Matth. xxiij. Parisius autē nō est defectus seminantiū verbū dei: sed ꝑficientiū Pirum tñ cū terra sit fidelis in reddendo sicut ecōuerso. Rare semper est infidū vt refert Diogenes laerti⁹. lib.j. dixisse pitaciū/ quare nō ꝓferat fructū. ¶ Vbi querit vtrum verbi dei semen sit seminandū indifferēter/ et videt quasi q ꝙs in hoc euangelio innuerat q non. qr dixit discipl̄is. vobis datū est nosse regnum dei. ceteris autem in parabolis vt non intelligant ⁊ alibi prohibet mitti margaritas ante porcos. Ad hanc questionē elucidandā pono tres ꝓpositiones.

¶ Prima inter derisores et obstinatos ꝓbatos verbū dei seminare stultū est. Ideo dr. Eccli. xxxij. Vbi non est auditus nō effundas sermonē. Et Prouer. ix. Noli arguere derisorem ne oderit te. Stultum etenī est mittere semen super lapidē quib⁹ cōuenit illud. Ezec. xxxiij. in fin. Fili hoīs: fili populi tui loquunt de te ⁊c. vsq̄ ad

finem. Secunda ꝓpositio. Inter mixtos obstinatos ⁊ nõ obstinatos ꝓponere ꝟbũ dei licitũ est. Patet qꝛ sanctius est ꝓdesse malis propter bonos q̃ꝫ obesse bõis ꝓpter malos. ff. de pe. l. absentem. Nec enĩ debet iniquorũ malicia bonis obesse. ideo dr̃. Eccl's. pe. Mane semina semen tuũ: et vespe non cesset manus tua: qꝛ nescis quid melius oriatur: aut si vtrũqꝫ simul melius sit. Tertia propositio. Inter malos non tñ penitus obstinatos verbũ dei seminare bonum est. iuxta illud. Esa. lviij. Clama ne cesses: annuncia populo pctã eoꝝ. et Ezech. ij. si forte quiescant. Nam ⁊ niniuite ad ꝟbum Jone pniam egerũt. Etiam si nullus oriatur ꝓfectus tñ ad retinendũ bonam consuetudinẽ esset p̃dicandũ qꝛ ad retinendũ vsumfr. etiã licet colere possessionem om̃ino sterilem. vt. ff. de vsufr. l. arborib⁹. §. de illo. Nota tamẽ ꝙ sterilis possessio non debet dari ecclesie. in auctẽ. de nõ alie. re. ec. coll'. ij. §. sicut aũt. Sed nũc om̃es steriles natos deo parentes donãt qđ tamen nõ placet deo. Malac. j. Offer illud duci tuo (inquit) si placuerit ei. Cum igitur parisius dñs multũ semen ꝟbi seminet parum tñ fructus accipit inde. Ita vt possum⁹ dicere ꝙ sunt aliq̃ predia in quib⁹ plus impẽdimus q̃ꝫ accipiam⁹. ff. de vsufr. l. statue. Profecto nihil fere fruct⁹ in vniuerso statu christianorum videm⁹ exurgere. Semen autem inimici crescit indies id est zizania pctĩ: qꝛ mala herba cito crescit. Nam licet bonum semẽ rõnis nobis insit datũ a deo / tamen plus valet semẽ erroris ĩmixtum ab inimico: ideo suffocat̃ bonũ semen quasi a spinis. Unde Tullius de tuscu. questionibus. Sunt enĩ ingenijs nr̃is semina innata ꝟtutum: q̃ si adolescere liceret etiam ip̃a ad btãm vitam nos natura perduceret. Sed nunc mox vt in lucem editi atqꝫ recepti sumus in omni opinionum errore ⁊ morum ꝑuersitate ꝟsamur: ita vt cũ lacte nutricis errorem suxisse videamur.

¶ Exijt igitur xp̃us seminare semen veritatis contra semen erroris q̊ tot⁹ mundus erat plen⁹ in idolatria semẽ iustitie / contra iniustitiã / semen caritatis ꝯ inuidiã. Inimicus aũt semĩauit errorẽ / iniq̃tatem / ⁊ inuidiã in mũdo atqꝫ superbiã que crescit semꝑ. p̃s. lxxiij. Secundũ est semen doni qđ seminare debẽt diuites in agro pauperũ. iuxta illud. Eccl'es. pe. Mitte panẽ tuũ super trãseuntes aquas. i. religiosos qui trãseunt vanitatem huius mundi q̃ labit̃ sicut aqua. Et Tob. iiij. Panem tuũ cum egentib⁹ comede. sed secus nũc fit: quia semĩat̃ sec⁹ viã añ volucres idest cõsiliarios aduocatos ꝓcuratores et thesaurarios qui sũt volucres in amore nõ stantes amicitie sꝫ donoꝝ: sic fit vt semꝑ diuitib⁹ dona dẽtur. Juxta illud. habẽti dabit̃ ⁊ abũdabit. vñ hoc ꝑditũ annuit. Oui. dicit In flãmam flammas in mare fundis aq̃s. Alij seminãt supra petrã dona idest super ingratos / hoc modo deus seminauit quasi oĩa bõa temporalia suꝑ petrã qꝛ nichil ei fructus reddũt q̃n pauꝑes plus elemosinaꝝ q̃ꝫ diuites faciũt. Jux. illđ. p̃s. lxxiij. pauꝑ et inops laudabũt nomẽ tuũ. Interrogem⁹ pinguissimos ep̃os et abbates ceterosqꝫ diuites quid ex tot bonis a deo illis collatꝫ restituãt? Hij semen multũ habẽt sꝫ semĩare nolunt: man⁹ gelatas habentes ad seminandũ et spargendũ: aptas vero ad recipiendũ. Contra illud. Eccl'i. iiij. in fi. Non sit porrecta man⁹ tua ad accipiendũ et ad dandũ collecta. Alij seminãt inter spinas. vt qui donãt meretricib⁹ et histrionib⁹ quod nõ licet. lxxxvj. di. donare. qđ autẽ dicitur in. l. affectionis. ff. de do. ꝙ licet etiã meretrici dare / nõ intelligit̃ quo ad peccatũ sed quo ad forũ / qꝛ talis luxuria nõ auffert pctm̃. Alij sed pauci seminãt in terrã bonã idest in seruos dei ⁊ iustos pauꝑes et hoc semen facit fructũ maximũ. Nã fructus pendentes sunt pars fundi. ff. de rei ven. l. fruct⁹ sic elemosine et opa bona quasi viden

tur esse pars aīe. Aliud est semē exē-
pli quod semīare tenēt̄ p̄lati quorum
exemplo ceteri ducūtur. extra de vo-
to. magne. Sed ꝓfecto malū est hoc
semen nūc in omnib⁹ fere maioribus
Ideo cū ipsis ruūt mīores ad īfernū.
Quo ad tertiū idest seminātis oposi-
tatez dico ꝙ multi diuersimode et di-
uersa semināt. Aliqui semināt frumē
tū vt catholici doctores et predicato-
res vt supra diximꝰ. Aliqui seminant
siliginez/ vt philosophi/ logici/ poete/
astrologi/ oratores/ quorū scientia nō
sapit saporē frumēti. Est tn̄ vtilis ad
corpis sustentationē. et hos dicit bea
tus Hiero. xxxvij. di. nōne. in vanita
te ambulare. Alij semināt milium mi
nutissimū granū. vt aduocati subtili-
antes leges ⁊ inueniētes cautelas ad
decipiēdū ⁊ ꝓtelandum causas ⁊ ve
xandū aduersariū: sed dicit̄ ꝙ cōfū-
dētur plectētes subtilia. Esa. xix. Ali
q̄ semināt fabas. i. qui loquūtur fabu
latiōes q̄ non vt lex dei sūt. ps̄. cxviij.
Et hoc semen bene conuenit ep̄is mo
dernis qui fabis fabulationū abūdāt
Alij semināt ordeū gallice ce sont les
hors qui loquūtur ordemēt idest tur-
pia v̄ba luxuriosa q̄ corrūpūt bonos
mores vt dicit̄. j. cori. xv. Corrūpunt
bonos mores colloquia praua. Alij se
mināt legumina idest pisa q̄ contrita
coherēt. Hij sūt adulatores qui cohe
rere faciūt pctā mēti cōfortātes ma-
nꝰ pessimorū. Hiere. xxiij. quod fit cū
laudat̄ peccator in desiderijs aīe sue
ps̄. ix. Alij semināt corruptionē idest
luxurias. Ideo metēt corruptionem
gala. vl. q̄ semīauerit īquit homo hec
et metet. ⁊ q̄ semīat in carne metet cor
ruptionē. Alij semināt flores: hij sunt
qui bene dicūt et de hijs dicit̄ qui se-
mīat in benedictiōibus/ de benedicti
onibus et metet. ij. cori. ix. qꝛ aīa q̄ bn̄
dicit impinguabit̄. Pro. xj. qui autē
maledicit maledicet̄: ⁊ qui spnit sper
net̄: ⁊ qui contemnit cōtemnet̄. Esa.
xxxiij. Alij semināt spinas et lapides
in via sicut detractores deo odibiles.
Ro. j. Nā deus detestat̄ eū qui seīat
inter fratres discordias. pro. vj. ⁊ de-
tractores atqꝫ diffamatores quorum
multus est nūerus. Hij oēs semināt.
sꝫ fructū adinuētionū suarū ꝑcipient
Esa. iij. Sic autē nos seminemus vt
bonū metamus eternum. Amen.

¶ Sermo in. lx. In sancto Johan
ne de grauia parrisius.

Semen cecidit ī terrā. Lu.
viij. Post hoīs casū nullū
vnq̄ꝫ semen cecidit in ter-
rā faciēs fructū saluificū
donec deus dimisit in ter-
rā semen illud benedictū in quo bn̄di
cūtur oēs gentes Juxta ꝓmissionez
factā ad abrahā p̄rem nr̄m gen̄. xxij.
Hoc semen mūdū qꝛ nō de īmūdo cō-
ceptū semīe. Job. xiiij. Bn̄dicta illa
nobis terra ꝓtulit de qua dicit̄. ps̄.
lxxxiiij. Etem̄ dn̄s dabit benignitatē
et terra nr̄a dabit fructū suū. In hac
optīa terra. Primū cecidit semen aīe
īmaculate q̄ peccati lutosam feditatē
ignorauit. Demū cecidit in hanc ter-
ram semen totius gr̄e et benedictiōis
q̄ ꝑ eam in vniuerso mūdo sparsa est.
Postremo cecidit in eā semen verbi
dei in qua humanā carnē assumpsit.
⁊ salutꝫ nobis attulit fructū. Hāc igr̄
dulcissime salutemꝰ. dicētes. Aue m.

¶ Fertur cōtentionē haud modicā
inter egyptios et scithas motā de ori
gīe hoīm vtrisqꝫ primos se iactantes
ꝓut iustinꝰ in li. ij. refert. Nos autem
hanc cōtētionē soluentes dicimꝰ deū
creasse primū hoīem gen̄. ij. et sic exijt
seminare semen suū idest ꝑ productio
nē creaturaꝝ ad extra. Potes hic re
citare fabulaz deucalionis qui semi-
nauit dentes quibus orti sūt homīes

¶ In v̄bis thematis tria tāgūt̄ vidlz
seminis vniformitas qꝛ semē/ nō semīa
Scdo casus veritas quia cecidit
Tertio loci tenacitas quia in terrā
Vel aliter.

¶ Gracie diuine bōitas ibi semē aīa
quod est verbū dei ⁊ gr̄a siue xp̄us.
Scdo create facture infirmitas Ibi
cecidit vt angelus malꝰ et homo.
Tertio humane nature vilitas Ibi in

terrã/ qꝛ oẽs de terra sumus.

¶ Primo indicat idem esse semẽ oĩz quo ad corpus et aĩam. Semẽ igitur aĩe cadit in terrã corporis organizati post quadraginta dies. Semen verbi dei cadit in terrã qñ nobis dñs ꝑ ꝑdicatores sãctos iudicia sua denũciat.

¶ Circa primũ q̃rit̃ vtrũ oẽs aĩe sint equalis nobilitatis Et breuiter respõdet̃ ꝙ oẽs aĩe nõ sũt paris nobilitatis quo ad subtilitatẽ et perspicacitatem ingenij. et abilitatẽ ad intelligẽdũ vt dicit magister in .ij. di. xxxij. sũt tamẽ paris nobilitatis quo ad valorẽ ꝑncipalis nature qꝛ omnes de nichilo et oẽs ĩmortales a ꝑte post oẽs capaces beatitudinis eterne: oẽs redẽpte xp̃i sanguĩe. Q; aũt vna ꝑcellat aliam in subtilitate ĩgenij tenacitate memorie/ et dispõne volũtatis hoc principalit̃ est a deo creante: qui sicut angelicos spiritus nõ pari excellẽtia dotauit sic nec aĩas pari subtilitate creauit sꝫ vnã quãqꝫ eo subtilitatis gradu induit: q̊ ꝑ bonos actus eã in corpore exerceri voluit. Sicut em̃ stella differt a stella in claritate/ sic angel⁹ ab angelo/ ⁊ spiritus a spũ. et hoc quidẽ ad decorem vniuersi cõueniẽtissimũ esse videtur. Neqꝫ em̃ ad ea incliãret̃ aĩa subtiliori predita virtute: ad que mĩori pollẽs ingenio dedicat̃. at rursus ea que minorib⁹ officijs apta est: altiorib⁹ exercitijs mĩme cõueniret. Demũ si om̃es eũdẽ ꝑfectionis gradũ attingerẽt: nichil disparilitatis in opib⁹ exeq̃rent̃. Cũ igit̃ ex diuersis vniuersũ cõstitui prebeat ip̃e decor ĩmo necessitas que dã exquirat: diuersis officijs ĩdigere ip̃m necesse est. Que quidem diuersa officia nũq̃ꝫ pari ꝟtute ꝑditi spiritus exercerent: diuerse igit̃ intelligẽtie ꝑspicacitatis aĩas hoĩm creari cõuenientissimũ fuit.

¶ Item queritur vnde ꝓuẽit differẽtia cõplexionũ quũ oĩa corpa humana sint de eodẽ luto. Respõdeo ꝙ hoc ꝓcedit ex parte materie diuersitatis et celestiũ influẽtiarũ que causant in corpore hũano diuersas qualitates.

¶ Sexto dicit propositio q̃ solitaria vita plerumq̃ maioribus tentationibus impugnatur. patet Eccli. ij. Fili accedens ad seruitutem dei: prepara animũ tuum ad tentationem. Exemplum habemus de beato Anthonio/ quem demones etiam percusisse dicũtur. ꝛ de multis alijs sanctis qui horribiles demonũ pugnas passi referũtur. vt etiam de beato Francisco refert beatus Bonauentura. Nec mir. Antiquus eni hostis eo fortius hominem satagit perturbare quo rerũ specie corporalium videt abstractũ. veluti qui pennato volatu rethia transgressus est sua. Quos aũt pene rethibus inuolutos mundanarum retinet occasionum insequi non oportet. Laqueis autem istis ereptos oñi conat impetu reuocare. sed frustra iacit rethe añ oculos pẽnatorum. puerb. j. Et ptrito laq̃o liberatos sese viri religiosi letant dicentes cũ. ps. Laqueꝰ contritus est: ꝛ nos liberati sumus.

¶ Septimo dicit ꝓpositio q̃ vita solitaria vel efficit hoiem penitꝰ diuinũ aut bestialẽ. ptz ꝑ philosophũ dicentem q̃ solitarius aut deus aut bestia.

Ratio est: quia cum homo sit animal ciuile/aptum cũ alijs viuere (vt dicit philoso. ix.ethi. c.ix.) constat eũ (nisi hũanam quodãmõ trãsgressus conditionẽ) diuinã vel quasi adept⁹ sit/nõ nisi bestialitatꝫ rõne solitariũ degere/ qm̃ ꝑm Tulliũ. Natura nil solitariũ amat. si igit̃ diuĩa careat societate infelix solitari⁹ est/ ⁊ bruto pene sil̃is eo ꝙ nihil hẽat hũane iocundũ vite. Qm̃ ꝑm Boe. Nullius rei sine socio iocunda est possessio. Ideo dicit Philoso. ij.mo.c.xv. ꝙ vitam ducere cũ alio et iocundũ ⁊ necessariũ est. Qui ꝟo diuine particeps fuerit delectationis/ eo ꝓfecto felicior/quo diuina hũane melior est conditio. Difficilem tñ solitariam vitã philoso.ix.ethi.c.ix. asserit. Ideoqꝫ beatũ non esse solitarium. Neqꝫ enĩ facile per seipsum operari: veluti aliorũ consortio ꝓuocati ⁊ adiuti. Ideo duos melius esse q̃ꝫ vnum. Eccl̃s.iiij.dicit: eo ꝙ sol⁹ non hẽat adiuuantẽ: ꝯ solitaria vita periculosa.

¶ Scd̃a ꝓpositio. Mundi fuga semper vtilis ad salutẽ/ad oĩmodã nõ se conferẽs solitudinem: sed conuẽtualem religiosorũ idoneã attingens conuersationẽ tutiorẽ obtinet salutis modum. Q̃ autẽ mundi fuga semꝑ sit ad salutem vtilis ptꝫ per predicta in p̃ncipio.ij.partis. Si aũt arguit̃ gloriosius esse bello victoriã expetere: q̃ꝫ fuga periculũ euitare. Rñdeo presumptioni magis proximũ accedere. Primum: prudentie ꝟo scd̃m eo ꝙ vix eq̃ sit belli congressio. Ubi enĩ innũeros vn⁹ hostes aggredit̃/ audacie quidẽ non autẽ prudentie locũ prestat. iux̃ illud Prouer.xiiij. Sapiens timet ⁊ declinat a malo: stultus transilit ⁊ ꝯfidit. Inequalem ꝟo pugnã totius mũdi contra vnũquẽqꝫ singulariter multitudo cum solitudine probat. Aduersum habere vniuersum contra se mundum quisqꝫ xp̃i sectator intelligit/dicente dño. Si mundus vos odit scito te quia me priorem odio habuit. si de mundo essetis: mũdus quod suũ erat diligeret: sed quia elegi vos de mũdo propterea vos odit mũdus. Joh.xv. Idem.xvj. In mundo pressuram habebitis. Quis igitur tam fortis animi viriumqꝫ: vt contra vniuersum solus inire bellum tentet? Audaciorem leonida lacedemonio hunc existimãdum puto/qui paucissimis comitat⁹ vniuerso xersis exercitui cõgredi nõ formidauit/ exhortatione ad socios facta in hec verba prãdeamus: apud inferos cenaturi. Nunquid humeris meis corruentẽ potero sustinere mũdum? Siquidem adiuuare possem. fortasse non esset abeundum. vbi vero nil possum conferre iuuaminis: inculpabilis est fuga. Cui bene concor.l.si finita.ff.de dam.infec.§. si quis metu ruine decesserit de possessione cũ iuuare non posset. labeo scribit perinde ius habere ac si ĩ possessione stetisset.

¶ Secunda pars ꝓpositionis tenet ꝙ tutior est vita conuentualium q̃ꝫ solitariorum/quod patet per illud alle. Eccl̃es. iiij. Melius est duos esse simul q̃ꝫ vnum: habent enim emolumẽtum societatis sue. si vnus ceciderit/ ab altero fulcietur. ve soli: quia cũ ceciderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo/ fouebũtur mutuo et si quispiam preualuerit cõtra vnũ: duo resistunt ei. funiculus autem triplex difficile rumpitur. Unde et dominus se presentem congregationi discipulorum exhibuit. Joh.vlti. Et in medio duorum vel plurium in nomine eius congregatorum esse promisit. Magna profecto salutis incitatio est exemplum plurimorũ. Nam ⁊ segnis equus plurium societate fit celer/solus vero licet acredine multa fulciat̃ tepido tranat pede: tediosum agens iter. Ideo ꝑm Philosophum.j.poly. In princi. Omnis societas alicuius boni causa est constituta. In societate siquidem religiosorum nũc psalmorum melodia demulcet/animũqꝫ leuat egrum/nunc varius cantilenarũ accentus mentem exhilarat: nũc orationis instantia/deuotionis affectum accendit. nunc conspecta religiosorũ

deuotio/haurit pias ex cordis fonte lachrymas. Nunc cõmunis refectio lassum recreat spiritũ. Nunc corporalis modica iuuat exercitatio. Sicq; alternis rerũ vicibus animus roborat̃. Solitari⁹ vero nõ nisi seipsum cõfiderat a quo iuuamis quippiã hauriat. nec potest tantis deuotionũ exẽplis excitari tractus ab vno velut a pluribus. Necq; alternis officiorũ cõmutationibus renouare animum potest. ꝙ̃ obrem non esse durabile qđ alterna careat requie. Ouid. lib. epist. epla. iiij. dicit. Qđ caret alterna requie durabile nõ est. Hec reparat vires: fessaq; mẽbra nouat. Dicit igitur cũ. pſ. Dicam me confiteri velle dño in concilio iustorũ & congregatione. solitudinem qui velit amet: cõgregationem tutius quisq; sibi diliget.

¶ Tertia ꝓpositio. Licet rerũ publicarum admĩstratio ꝑuato anteponenda ocio laudabiliorẽ apud hoĩes efficiat/ mũdana neomin⁹ abstractio/ clariorem diuinarũ negociatione rerum hoĩem reddit. Prima pars videlicet ꝙ laudabili⁹ est reipu. vacare admĩstrationi ꝙ̃ ocio. patz per illud Tullij supra allega. ante q̃stionẽ. Ideo beatus Francisc⁹ elegit nõ sibi soli viuere: sed alijs ꝓficere. Qm̃ vt dicit beatus Hiero. in ꝓlo. sup bibliã. Sancta q̃ppe rusticitas solũ sibi ꝓdest. & q̃ꝫtũ edificat ex vite merito/ tm̃ nocet si destruentib⁹ nõ resistat. Et Aug. in. c. q̃ eẽpatum. viij. q. j. dicit. Ocium sanctũ querit caritas caritatis. Negocium sanctũ suscipit necessitas caritat̃. Et viij. q. ij. dilectissimi dicit. Nullus vestrum neglecta vtilitate cõi: suo lucro ꝓspiciat ne ꝓpria estimatione fallat̃ Et. xvj. q. j. c. vos aũt dicit. Nec ociũ vestrũ necessitatibus eccl'ie preponatis. Et. j. ethi: dicit̃ q bonũ tanto melius: ꝙ̃to cõmunius. Et ex. de regu. & trã. ad reli. c. licz. dicit̃ q sicut maius bonum est mĩori ꝑferendũ: ita cõmunis vtilitas spãli prefertur/ & ĩ hoc casu digne preponit̃ doctrina silentio/ sollicitudo contẽplationi/ & labor q̃ quieti. Unde dicit̃ in. c. nisi cũ pridem. ex. de renunci. q episcopus q̃ potest ꝓdesse non debet obtinere licentiam renunciandi. Qz aũt vtilitas cõmunis sit preferenda particulari habet̃. ex. de postulatio. c. bone memorie. & glo. in. l. de pupillo. §. si quis riuos. super verb. securitatis. ff. de no. ope. nun. & est casus in. l. riparũ. ff. de re. di. & insti. eo. ti. §. littoz. & in auct̃. de nõ alie. §. quia veroverisimile in fi. coll'. ij. Casus est talis. Aliquis habet arbores ĩ littore vbi naues ligãtur vult eas abscindere/ non debet: qz vtilitas cõmunis est preponẽda priuate. ¶ Exempla habem⁹ de Codro rege athenien. qui responso delphico sciens tunc achayos vincendos ab athenien̄sibus quando rex athenien̄sium in bello occideretur. seipsum hostibus occidendum prebuit/ quem gnari hostes oraculi fugiebant dato ab achais precepto. ne quisq; ĩ eum manum mitteret. quod aduertens Codrus mutato regali habitu in bellum se proripuit: vbi incognitus occisus est facile: cuius morte athenienses victoriã habuere.

¶ Curtius quoq; roman⁹ bruti mortis tempore in puteum siue abyssum apertam se armatũ proiecit/ quoniã apollinis responso nõ nisi ꝑ absorptionem armati hominis voluntarie sese in terre aperturam proiscientis claudi poterat. quod & factum est.

¶ Publius decius quoq; romanus videns romanos in fugam versos a latinis orauit deos/ vt quicquid mali in romanos venturũ erat/ in eũ deuolueretur. Quo emisso voto calcarib⁹ equum agens in hostes precipitem se dedit: occisusq; victoriam Romanis comparauit/ quod filius eius etiã publius decius dictus nominis & virtutis imitator patris/ contra sanitas pari modo fecit simili euentu fungens.

¶ Secda vero pars ꝓpositionis patz quia dignior ꝙs efficit digniora tractando. digniora sunt autem celestia terrenis: ergo &c̃. Nobilissimus etenim actus est nobilissime potentie circa

nobilissimum obiectũ. q̃to igitur terrenis celestia prestant/ digniorẽ eẽ celestiũ atq; diuinoꝝ ꝯtemplationẽ administratione terrenorũ/ ambiguum non est. q̃obrẽ que sursum sunt sape: non q̃ sup terrã. Apl'us monet Colo. iij. Eo tñ vberiore cẽsuerim gloria dignũ reipublice admĩstrationi vacantem sine qua nec ꝯtemplatiuorũ quidem subsistere vita põt. quo caritatis impulsu vĩ cordi facit suo postponẽs eam (qua frui solitari⁹ posset) delectationem spũs. vt ceterorũ valeat q̃eti ꝯsulere ⁊ pacẽ fouere. Nec eni q̃ caritatẽ exercet ab excelsa mentis illa cõtemplationis gloria defluit/ aut diuina deserit: licet exteriore ad tempus exercitio hũana atq; infima tractet. qm̃ nõ nisi diuinorũ intuitu ad subeũdas operatiões mouet̃ hũanas. q̃obrem ⁊ altius p̃miari ꝯsummata meretur in gloria. qui pñti nõ rẽnuit (ꝓpt̃ caritatẽ) ꝯsolatione p̃uari dicens cũ ps. lxxvj. Rẽnuit consolari aĩa mea. Quo certe premio frustrabunt̃ q̃ nõ diuinis obtempantes p̃ceptis/ nec intuitu caritatis: sed ambitu pernicioso tpalium occupãt admĩstrationẽ. quales pene sunt vniuersi tpis huius epi quos ad obeũdũ prelature mun⁹/ nõ caritas impellit aut xp̃i amor: sed vanitas ⁊ auaricia atq; mũdan⁹ honor. Sed hijs quoq; gratum est pñtis premiũ vite: nec futurũ ambiunt/ qd̃ fortassis nec quidẽ existere suspicant̃.

¶ Secundum documentũ ex euangelio sumimus q̃ oportet diabolicis resistere tẽtationibus: quia dicitur in euangelio q̃ accessit post. xl. dierum ieiunium tentator ad Christũ dicẽs. Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Sic hortatur diabolus ⁊ ꝑ suadere conatur/ q̃ lapides hui⁹ mũdi/ idest delectationes tẽporales sunt pro panibus comedende. sed impossibile est lapides esse panẽ. quid paleis ad triticum? Hierem̃. xxiij. Non eni potest falsum gaudium cõparari vero. Ideo Christus non comedit lapides. Post hec ductum supra pinnaculum templi suasit facere casum. dicẽs. Mitte te deorsum. qm̃ scriptũ est. Angelis suis deus mãdauit de te vt in manibus tollant te ne offendas ad lapidem pedem tuum. Postremo ductum super excelsum mõtis verticem/ suasit adorare se/ ostendens omnia regna mundi/ ⁊ dicens. Hec oĩa tibi dabo si cadens adoraueris me. Quibus quidẽ om̃ibus tentationib⁹ resistit dñs. ⁊ victor effectus/ hoste fugato angelorũ dign⁹ ministerio fuit. Sic et nos si fortiter diabolicis resisterimus (opposito fidei clipeo) tentationibus: ⁊ in fugam vertemus hostẽ dicente beato Jac. iiij. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vobis/ ⁊ postremo victores coronabimur. Juxta illud Jaco. j. Beat⁹ vir qui suffert tentationẽ quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus. ⁊ tunc angelorum merebimur choris adiungi collocati cum principibus populi domini. ps̃. cxij. Hic autem queri potest. Utrum iusta sit hominis tentatio a diabolo. Sed de hoc plene dixi ĩ alio quadragesimali.

¶ Tertium documentum ex euangelio sumimus/ q̃ debemus scripturas scrutari/ quia dominus nõ nisi verbis sacre scripture respõdit diabolo ⁊ cõfudit. Ad primã tentationem respondit illud Deuter. viij. Non in solo pane viuit homo: sed in om̃i verbo quod procedit de ore dei. Ex quo sequitur q̃ verbum dei dat vitam. Ad scd̃am tentationem respõdit illud Deutero. vj. Non tentabis dñm deum tuum. Ad tertiam respondit illud Deutero. vj. ⁊. x. Dñm deum tuũ adorabis: ⁊ illi soli seruies. Quib⁹ responsionib⁹ fugauit ⁊ ꝯfudit inimicũ. q̃obrem sunt scrutande scripture. vt xp̃us ipse dicit Joh. Et apl'us dicit. Quecunq; scripta sunt ad nostrã doctrinã scp̃ta sunt. vt ꝑ patientiã ⁊ ꝯsolationẽ scripturarũ spem habeam⁹. Ro. xv. Sed p̃sertim in libro xp̃i studendũ est. Nã liber legis nature pulcher erat in p̃n-

cipio:sed immediate fuit offuscatus per pctm̄: adeo q̄ vix vllus in eo potuerit legere eo q̄ tenebris oēs inuoluebamur. Job.xxxvij. Liber autē legis mosaice erat inuolutus nec poterat aperiri. Esa.xxix. Qm̄ signat⁹ est legi non pōt. liber autē ꝓphetarum obscurus erat nec poterat ītelligi/ q̄r tenebrosa aqua in nubibus aeris. ps̄. xxvij. Christ⁹ aūt aperuit librū. Apo. v. Ipse enī est liber/ q̄ aptus est/ quīq̄ in locis corpis plagat⁹. In hoc libro scribunt̄ oēs. ps̄. cxxxviij. Q̄r quotquot ꝓmissiones sunt salutis cunctis hoībus ī eo ꝯtinent̄. ij. Cor. j. In hoc igit̄ libro studeam⁹: donec ad perfectam ꝑueniam⁹ intelligentiā ⁊ tandē ꝑtingam⁹ ad illi⁹ libri summā gl'iam.

¶ Feria scd̄a post dñicam p̄mā. xl.

Multi bellantes aduersum me. p̄s. lv. Qm̄ in iudiciū ventura sunt om̄ia q̄ siūt. Eccl's. vlt. Nos quoq̄ dignam pctīs penā expectamus. eo q̄ pena suos quandoq̄ tenebit auctores. l. sancim⁹. C. de penis. Profecto nisi tempestiuo ante sn̄iam iuuemur aduocati patrocinio/ formidabilem excipere sententiā in periculo est. Sacco igitur parati penitentie ad gloriosam virginem supplices adueniamus dicentes. Aue.

¶ Multi bellātes aduersum me. vbi supra. Jam cunctos eccl'iastici stat⁹ in classem receptos dixim⁹: nunc occasione huius euāgelij spālis remissa paulisper materia hui⁹ piratice classis ad nouū genus belli procedemus vertentes v̄ba thematis ad peccatricem aīam iudicio xp̄i presentatam. q̄ tunc vere dicere poterit v̄ba sumpta pro themate. Multi bellantes ⁊c̄.

¶ Contra aīam peccatricē ꝯcurrent p̄mo pctā ꝯmissa ꝯ pctōres. Jux̄ illud Esa. xix. Concurrere faciā egyptios aduersus egyptios. ⁊ tūc arguet vnū quēq̄ malicia sua. Hiere. ij. In frōte belli veniet sup̄bia/ cornua supra tymbarū ferēs. iux̄ illud Nōne in fortitudīe nr̄a sūpsim⁹ nob; cornua? Amos. vj. ⁊ ingenti deuecta leone. Prudentius forte ꝑ effusas īflata sup̄bia turmas ⁊c̄. q̄ magnates quosq̄ ꝓstrabit iux̄ illud Osee. v. Rn̄debit arrogātia israel in facie ei⁹. ⁊ israel ⁊ effrayn ruent in iniq̄tate sua. Ruet etiam iudas cum eis. Per israel/ effrayn/ ⁊ iudā tres stat⁹ mundi pn̄t intelligi q̄ om̄es ruent in sup̄bia sua q̄r fit p̄ceps in sua discrimina q̄sq̄ sup̄bus. iux̄ poe. Tūc dicēt sup̄bi hui⁹ seculi cū se deiectos viderīt ⁊ hūiles exaltari illud. Sap. v. Quid nobis ꝓfuit sup̄bia aut diuitiarum iactātia q̄d ꝯtulit nobis? Helas transierūt oīa illa tanq̄ vmbra et fumus p̄currens. Sup̄biā sequentur sui duces. s. vana gl'ia. q̄ ml'tas domicellas pulchras ꝓsternet ⁊ doctores atq̄ ingeniosos. Jactātia q̄ ꝓsternet curiales et officiarios: armigeros et potentes. Arrogātia q̄ ꝓsternet diuites ⁊ gl'iosos: iudices ⁊ rectores. Temeritas q̄ ꝓsternet fatuos. Ambitio q̄ prosternet curiales ⁊ eccl'iasticos.

¶ Scd̄o loco cōgreditur ꝯtra pctōres: auaricia plurib⁹ armata rostris nigro deuecta equo. Apoca. vj. Que impetū om̄es in rapaces sacrilegosq̄ sacerdotes ac diuinorū vsurpatores bonorum/ qui om̄es auaricie student a minimo vsq̄ ad maximū. Hiere. vj. Sequebant̄ aūt auariciā/ rapine/ furtū/ vsura/ simonia/ deceptio/ ludus/ adulatio. deinde tyrānos quoq̄ p̄ncipes/ ac violentos armigeros/ fures/ vsurarios/ aduocatos/ mercatores/ īpios ac ditissimos auaricie studētes monachos egit. quos facile veluti diuitiarū tūc armis carentes ꝓstrauit hec ad vncā supra tymbari v̄ticē gerebat manū. q̄ cūcta ad se trahebat/ attīgere mō posset. iux̄ illd̄ Poe. Fert̄ auaricia gremio p̄cicta capaci. Quic q̄d lux⁹ edax p̄ciosū liq̄rat: vnca corripuisse manu ⁊c̄. Nec sufficit āplos īpleuisse sinus: iuuat infarcire crumenis. Turpe lucr̄ ⁊ grauidos furtū distēdere fiscos ⁊c̄. Fili⁹ extinctū belli sub sorte cadauer. Aspexit si forte patris fulgētia bullis cīgula. ⁊ exuuias

gaudet rapuisse cruentas ꝛc̄. Omne hoīm illa genus nō est violentius vllum. Terrarū vitiū quod tantis cladib⁹ euū. mundani inuoluat populi damnetq; gehenne. Nec poterunt diuites huius seculi tunc se tueri. qm̄ qui nunc potentes in seculo sunt obtinentes diuitias. ps̄. lxxij. Tunc erunt velut quercus defluētibus folijs. Esa. j. eo q; nil proderunt thesauri impietatis: iustitia vero liberabit a morte. Prouer. x. Argentū autē et aurū nō poterit liberare eos. Sopho. j. Fatui sunt igitur qui ī multitudine diuitiarum gloriant. ps̄. xlviij. quia tūc iusti ridebunt eū dicentes. Ecce homo q̄ nō posuit deū adiutorē suum: sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū ꝛ pualuit in vanitate sua. ps̄. lj.

¶ Tertio loco impetū faciet inuidia pallido insidens eq̄. Apoc. vj. Et hec quidē in oē hoīm genus horrido ferebatur amictu. Inuidiā vero sequebatur rancor/ detractio/ diffamatio/ discordia/ bellum. Et sic demonū stipata cateruis innūeros populos cuspide aconita pestilētiq; flatu sternebat. Iuxta illud Sap. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Vñ Ouid. Pallor ī ore sedet macies in corpore toto. Nusq; recta acies liuent rubigine dentes. Pectora felle virent: lingua est suffusa veneno. Risus abest/ nisi quem vi fecere dolores ꝛc̄. vide ibi. Hec autē supra tymbari verticē gerebat mortis imaginē/ qua deiecti sūt pncipes emuli alterne glorie/ ꝛ quiq; primorum pspera liuida mente cernūt. ¶ Quarto loco ꝙgressa est ira ruffo delata equo sanguine tincta/ stridorem agēs dentiū/ fremētib⁹ armis insigne tymbari ferēs ignē ꝛ gladiū que in armigeros pmū fecit impetū. oēsq; vidicte zelatores/ q̄ tūc vindictā sument a dño. Eccli. xxviij. Cui⁹ imaginē prudenti⁹ designat dicens. Ira tumēs spumāti feruida rictu. Sanguinea torquet suffuso luia felle. Tūc beati erūt mites ꝛ mirificor des. Mat. v. ¶ Quinto ꝙcurrit luxuria distincto maculis equo deuecta/ qm̄ ea est q̄ corp⁹ aiamq; pcipue ꝙtaminat. j. Cor. vj. Et hec supra tymbari verticē fetulentū hūane forme cadauer obstrusis fasce oculis pudibū de gestabat/ qm̄ vt dr Esa. xxxiij. De cadauerib⁹ luxuriosoꝝ ascēdet fetor. Nihil enī post luxuriam restat nisi fetor ꝛ horror cadaueris putrescentis. Vñ Job. xxiij. Dulcedo illius vermes Idem. xvij. Putredini dixi pr̄ meus es tu: mater ꝛ soror mea vermib⁹. Exce catū autē ducit hoīem luxuria. Iuxt illud Ouid. lib. episto. Quid deceat nō videt vll⁹ amās. Ideo pōt dicere illud ps̄. xxxvij. Lumē oculoꝝ nō est mecū. Hec igit ipetum pcipue in eccl'iasticos/ plates/ pthonotarios/ canonicos atq; reliqs ꝙcubinarios egit sacerdotes: a quib⁹ orit oīs pollutio super terrā. Iere. xxiij. In nobiles quoq; cursū direxit atq; milites oēs cū formosis deiecit femis/ eo q; ludūt formose (teste Oui.) calcauitq; super infeliciū corpora prostratoꝝ abscisis rōnis capitib⁹. ¶ Sexto cōgressa est loco gula voraci ꝙducta lupo ingēti/ supra tymbarū gestās cloacariū insigne qōdā spurcissimū iduta galerū. q̄ mario cū stridore cardialarē epalēq; plurimā inuasit aciē. Qua deiecta ī theologos ꝙuiuijs assuetos gradum vertit. Inq; armigeros pluresq; religiosos ipetum fert. quos oēs multo cū opprobrio deiecit. d. illud Lucani lib. iiij. O pdiga luxuries nunq; paruo ptenta paratu. Et quesitorū terra pelagoq; ciborū. Ambitiosa fames. ꝛ laute gloria mēse discite q; paruo liceat pducere vitā. ¶ Septimo congressa est pigritia pingui scabiosoq; petigine ꝙtracto/ ac fluentib⁹ sine arte iubis equo delata/ insigne tymbari ferens horologiū cassū. hec in monachos quosdā pmo sese ipetu ruit. Demum in domicellas. nōnullosq; curiales ac opulentos irruit viros/ qui tota die ociosam agebāt vitā. excusatione illa euāgelica minime illis suffragāte vcz. Nēo nos ꝙduxit. Mat. xx.

Qñ sufficiẽtẽ bonoꝝ operũ segetem metendã accepãt: atq; vineã dñi sabbaoth excolẽdã/custodiẽdãq;: quam minime custodierunt. Canti.j. Vineã meã nõ custodiui.i.aiam: vel familiã creditam. Igiꝭ defecerũt in vanitate dies eoꝝ: ꝛ anni eoꝝ cũ festinatiõe. ps lxxvij. Nec ꝑtutꝫ quidẽ vllũ valuere tota in acie mõstrare signum. Sap. v. Vij igitur absq; signis militarib⁹ velut penit⁹ infames ĩ aciẽ comparuere. ꝓstrati igiꝭ ĩ labores mittunꝭ eternos. ps. xlviij. eo q; ĩ hac vita ĩ labore hoĩm nõ fuere. ps. lxxij. ¶ Simonia ꝙo fauea insidẽs mula: insigne tymbari gestãs cãpanille ꝙtra ecclĩasticos ĩ petũ fecit quos pene oẽs a pede subuertit. qñ sup vestẽ dñi ludẽtes miserũt sortẽ. ps. xxj. ¶ Usura ꝙo in suos opifices inuecta est. deceptio in mercatores/adulatio in curiales/ebrioſitas in artifices/adulteriũ ĩ vxoratos/ ꝓprietas ĩ religiosos/hipocrisis ĩ falsos viros/pfidia in aduocatos/iniusticia in iudices: qui tunc suas cãs coꝛã deo trutinãdas habebũt. C. de iudi. l. rẽ nõ nouã. Et sic argueꝭ vnusquisq; a ꝓpria malicia. Hiere. ij. Et veniẽt ĩ cogitatione pctõꝝ suoꝝ timidi. Sap. iij. Et traducẽt illos ex aduerso iniq; tates eoꝝ. ꝛ Eze. vij. Omnes trepidi vnusq;sq; in iniquitate sua. hij erũt antesignani ꝛ belli ꝓcursores pctã scz nostra q; ꝙtra nos pugnabunt. ¶ Scda acies (q; gallice dr la bataille) contra pctõres mouebiꝭ: ĩ qua erit de⁹ iudex iustus fortis. ps. vij. Cũ vniuerso celesti exercitu. Apo. xix. Equis albis ĩsidẽtes ob ꝙsciẽtie puritatẽ: tũc rugiet dñs de habitaculo suo iudicans oẽm carnẽ. ꝛ tradẽs ĩpios gladio. Hiere. xxv. Nec erit q; stare possit añ faciẽ sedẽtis in throno cũ irat⁹ fuerit. Apo. vj. Malac. iij. Quis stabit ad videdũ eũ: horribilis eteĩ tũc apparebit dñs impijs dicẽte Sopho. ij. Horribilis dñs sup eos (scz pctõres) ꝛattenuabit oẽs deos terre. i. potẽtes hui⁹ seculi. q; dicũꝭ dij terre. ps. xlvj. Dij fortes terre vehemẽter eleuati sunt. Quib⁹ tũc dñs horrẽde apparebit. Sap. vj. qõ ĩnuit ps. lxxxix. dicens. Quis nouit ptãtẽ ire tue: ꝛ pre timore tuo irã tuã dinumerare. Jõ dicit ps. ij. Cum exarserit in breui ira ei⁹: bti oẽs q; cõfidũt ĩ eo. i. iusti. qñ vt dr Hiere. xxv. in fi. Facta ẽ terra eoꝝ ĩ desolationẽ a facie ire colũbe. i. xpi q; est colũba inocẽs/q; nescit irasci: q; felle caret. Jratũ tñ reprobi ꝙspicient xpm quẽ suoꝝ vindicem pctõꝝ intelligẽt. vñ Eze. v. mor. c. lvij. Is qui in se trãquillus est peuntib⁹ turbulẽtus videt. Hẽs q;pe reproba q; aduersum suis actibus iudicẽ ꝙspicit: quasi ꝙmot⁹ ei ostẽdiꝭ: q; in ꝙspectu suo reatu ꝓprio ipsa turbatur. ¶ Duplicẽ existimo turbationis cãm iudicij tpe in quolibet pctõre Primũ quidẽ testẽ oĩm delictorũ irrefragabilẽ. Scõm ꝙo iudicẽ inflexibilẽ esse xpm intelligẽtes. Jpse eñ se iudicẽ siꝭ ꝛ testẽ asserit. Hiere. xxix. Nec pctñ celare: nec penam effugere posse videbunt. Veniet igiꝭ dñs ĩ bellum ꝙtra miseros pctõres: deuectus equo glorie sue: indut⁹ armis glĩficate humanitatis/ lanceã crucis ostentans: in cui⁹ splẽdore iusti gaudebũt Aba. iij. In luce sagittarũ tuarũ ibũt in splẽdore fulgurãtis haste tue. Gladiũ ꝙo veritatꝫ euaginabit. de quo dr Apo. j. q; gladius ex ore ei⁹ exibat ex vtraq; pte acut⁹. Hic est gladi⁹ colũbe. Hiere. xlvj. hic gladius corda peccatorum penetrabit in pene sentẽtia. quos hic reuocare non potuit a malicia. Sũt eñ pctõres nõnulli durore quadã obstinationis lorica vestiti: q;s gladi⁹ verbi dei oĩa penetrans (Heb. iiij.) penetrare nõ pot: itrabit igiꝭ tũc corda pctõꝝ gladius iusticie que nũc non intrat gladius amoris et gratie Tũc sentiet gladiũ seueritatꝫ occidẽtẽ q; hic nõ vult sentire gladiũ ꝓfitatis ãmonẽtẽ ꝛ viuificãtẽ. vt quos nõ ptulit gladius doctrine: occidat gladius ppetue pene. Hunc nobis gladiũ minatur dñs dicens Deutero. xxxij. Si acuero vt fulgur gladiũ meũ ꝛ arripuerint iudiciũ man⁹ mee reddam vl

tionem hostib⁹ meis ⁊ hijs qui oderũt me retribuã. ¶ Sed hic potest queri vtrũ pctõres videbũt deũ in iudicio: sed qm̃ cois est q̃stio/eam hic nõ iteꝛsero. ¶Habebit autem dextrum cornu dñs in quo erũt oẽs sancti ꝑ se pugnãtes. Juxta illud Eza. Dñs ad iudiciũ veniet cũ senibus ppli sui ⁊ ꝓncipib⁹ eius. Et zacha. vlt. dr̃ Egredietꝛ dñs ⁊ preliabitꝛ cõtra gentes illas ⁊c. seqꝝ Ecce dñs veniet ⁊ oẽs sancti ei⁹ cum eo. Ad ipe hodierno i euãgelio ꝓbat dicẽs. Cũ venerit filiꝰ hois ⁊ oẽs angeli ei⁹ cũ eo/nõ quidẽ vt adiuuẽt:sed vt assistãt et videãt: ⁊ pbẽt iudicis actũ. Vbi queri põt vtrũ sancti iudicabũt. cõis est q̃stio in .iiij. sentẽtiarum. Sinistrũ cornu tenebũt oẽs creature armate ad vltionẽ ĩmicoꝝ xpi. Sap. v. Armabit creaturã ad vltionẽ ĩmicoꝝ ⁊ pugnabit ꝑ eo orbis terraꝝ contra insensatos. ⁊ iõ nulla patebit pctõribus fuga:nec a dextra: nec a sinistra nec ab ante:qꝛ xps erit in frõte:qꝛ cõgregabunt añ eum oĩs. Juxta illud Eza. xliij. Oẽs gentes ꝯgregate sunt simul ⁊ collecte sũt tribus. Idẽ. xlviij. Cõueniẽt eĩ oẽs:stabũt:⁊ pauebũt:⁊ ꝯfundentur simul. Idem vlti. Dñs in igne veniet:⁊ q̃si turbo quadriga eius reddere i indignatione furoꝛẽ suum ⁊ increpationẽ suã in flãma ignis: qꝛ in igne dijudicabit dñs et in gladio suo ad oẽm carnẽ. tunc qui sanctificabantur (scz ab hoib⁹) ⁊ mũdos se putabãt cõsumẽtur:qꝛ ego opa eoꝝ ⁊ cogitationes cognosco. Idco venio vt congregem cũ oĩbus gẽtib⁹ et linguis: vt videant gloriam meã. ⁊ Hiere. viij. Congregãs ꝯgregabo eos: et coꝛruẽt tpe visitationis:qꝛ non est vua in vitibus: neq; fic⁹ i ficulnea. ⁊ foliũ defluxit:qꝛ precepta mea pretergressi sũt. ⁊ Eze. vij. Visio ad oẽm ppl'm:⁊ vir in iniquitate sua non ꝯfortabitur ⁊c. Osee. iiij. In bestia agri(.i. principibus mundanis)⁊ i volucre celi(.i. prelatis ecclie) ⁊ pisces maris (.i. reliquũ vulgus) cõgregabuntur. Vide ioh. iij. p totum ca. ⁊ Michee. iiij. Judicabit populos multos:⁊ coꝛripiet gentes foꝛtes. Et Soph. j. Congregabo oĩa a facie terre ⁊c. Idem. iij. Expecta me in die resurrectiõis mee in futurũ: qꝛ iudiciũ meũ:vt cõgregẽ oẽs gẽtes ⁊c. q̃obꝛẽ dicit apl'us. ij. Coꝛ. v. Oẽs nos opoꝛtet pñtari ãte tribunal xpi: vt referat vnusquisq; ꝓpria coꝛporis ꝓut gessit siue bonũ siue malũ: q̃obꝛem nulli fuga patebit. dicẽte ps. cxxxviij. Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugiã ⁊. Idco dicit Hiere. xlvj. Non fugiet veloꝛ:nec saluabitur foꝛtis. Idẽ dr̃ Amos. ij. Peribit fuga a veloce: ⁊ foꝛtis nõ obtinebit ꝟtutẽ suã: ⁊ robustus non saluabit aiam suã: ⁊ tenens arcũ nõ stabit:⁊ veloꝛ pedibus nõ saluabitur:nec ascensoꝛ equi. ⁊ ps. cxlvj. Non in foꝛtitudine equi volũtatẽ habebit:neq; in tibijs viri beneplacitum erit ei. Bñplacitum est dño sup timentes eũ ⁊c. Non igitur gloꝛietꝛ foꝛtis in foꝛtitudine:neq; sapiens in sapientia: neq; diues in diuitijs:qꝛ hec oĩa inutilia erũt. Mã sapiẽtia tunc erit ĩutilis. Hiere. xlix. Ratio est: qꝛ vt dicit Idẽ iij. Sapiẽtes sunt vt faciãt mala:bene aũt facere nescierũt. Jgiꝝ aduocati nõ effugient ꝑ cautelas suas:qꝛ prudentia dei nec fallit:nec fallitꝛ. extra de sen. excõ. c. a nobis. §. nos igitur. et prouer. xxiiij. dr̃ Opatoꝛẽ aie tue nichil fallit. Unde philelphus. Ad supnas oculos tollas sublimioꝛ arces cõtemplãs q̃ pulchra pijs sint premia factis. Jn certũ cõgesta locũ q̃ calce supremo. Curriculi vitalis iter post rite pactum Te maneãt. neq; eĩ quisq̃ celeste tribunal Oꝛe vel ingenio solers fraudauerit vnq̃. Illic sola valet nitidi narratio veri. Simplicitas nõ ficta placet:dolus exulat oĩs:insidieq; vacãt:quin te reticẽte/ nec ipsã defendẽte legũ tutamie cãm ipse deũq; hoĩmq; parẽs vbi lacib⁹ equis. Sol⁹ q̃q; vides expãderit oĩa. Rectũ iudiciũ faciẽs reddit sua premia cuiq;. ⁊ ptz ꝙ tũc scia nõ iuuabit. Diuitie q̃q; nõ iuuabũt. puer. x. Nil ꝑderũt thesauri ĩpietatꝫ. Justicia ꝟo liberabit a

morte. ⁊ p̄s. xlviij. Qui ꝯfidūt in ꝟtu-
te sua: ⁊ ī multitudine diuitiaꝝ gloriā
tur/nō redimēt aīas suas. Et iō dicit̄
Eze. vij. ⁊ Sopho. j. ꝙ aurū ⁊ argētū
eoꝝ nō poterit iuuare nec saluare: qđ
foras ꝓijciet̄ quasi sterquilinium. Jō
dicit dñs Mat. xvj. Quid em̄ ꝓdest
hoī si mūdū vniuersū lucret̄: aīe vero
sue detrimētū patiat̄. Aut quā dabit
hō ꝯmutationē ꝓ aīa sua? tūc em̄ non
accipiet dñs ꝓ redēptione dona plu
rima. ꝓuer. vj. Neqꝫ em̄ tūc pecunijs
est redimēda pax aut vita: qm̄ nulla ē
resistendi facultas: qm̄ ꝑte nō cōtēta-
bitur: q̄ totū se sperat hīturū. Sic ale-
xander darij rēnuit oblatas opes (vt
quītus curti⁹ refert) qñ pene victum
(duob⁹ fusū p̄lijs) existimauit. Sic iu
lius cesar li. iij. de bello ciuili ꝑ bibu-
lū rufū prefectū pōpei: misit ad pom-
peiū dicēs. Hoc vnū eē tēpus de pa-
ce agēdi dū sibi vterqꝫ ꝯfideret: ⁊ pa-
res ābo viderētur. Si ꝟo alteri pau-
lulū tribuisset fortuna: nō eē vsurū cō
ditionib⁹ pacis eū q̄ supior videretur
neqꝫ fore equa ꝑte cōtētū: q̄ oīa se ha-
biturū ꝯfideret. Sic ⁊ pctōr q̄ꝫdiu pa
cis cōditionib⁹ capax eē pōt / pacisci
cū dño capta tp̄is oportunitate debe
ret. qm̄ accepta nūc esse munera p̄nt.
que postea respuētur. q̄ꝫobrē ī euāge-
lio legationē fortiori mittēdā dñs mo
net: lōge adhuc agēti (p̄ꝑato tñ ad bel
lū) Lu. xiiij. Nūc etem̄ ipse dñs pacꝫ
ꝯditiōes ꝓponit. Juxta illđ p̄s. xliiij.
Loquet̄ pacē in plebē suā: ī eos q̄ cō-
uertunt̄ ad cor. i. q̄ pniam agere ꝑati
sunt. d. Cōuertimini ad me ī toto cor
de vr̄o. Johā. ij. Sed nos p̄nti ꝓspita
te seducti futurā ꝑuipendim⁹ calami
tatē: quā dñs preuidēs dicit. Veniēt
dies abscōditi: ⁊ circūdabūt te inimi-
ci tui vallo ⁊ ad terrā ꝓsternēt te: eo
ꝙ nō cognoueris tp̄us visitatiōis tue
Luc. xix. Dat em̄ nobis de⁹ pnīe tp̄s:
q̄ plerīqꝫ abutūt̄ ī suꝑbia. Job. xxiiij.
Jō đt apl̄s. ro. ij. An ignoras qm̄ be-
nignitas dei te ad pniam adducit? tu
aūt ꝓpt̄ ī pniam thesaurizas tibi indi
gnationē. Scribit̄ de pricipe victori-
osissimo tamerlaiti⁹ (vt pius narrat)
ꝙ p̄ma die veniēs añ ciuitatē obsiden
dā tentorio vtebatur albo significans
mīam se ꝓstraturū hijs qui se tradidis
sent. Scđa ꝟo die rubeo vtebat̄ signi-
ficās oīa ī sanguinē iri. Tertia die ni-
gro significās totalē vrbis diruptio-
nē. Simili etiā lege nunc plerīqꝫ prin
cipes vtūtur: vt si añ conatū oēm ad-
hibitū obsessi deditionē fecerīt/mīam
ꝯsequātur. Postq̄ꝫ aūt desperatā hñt
defensionē nō esse salutis locū: respu-
unturqꝫ precātes: eadē q̄ paulo ante
negarunt: vti cesar affranio respondit
ꝙ plerūqꝫ hoīb⁹ nimia ꝑtinacia atqꝫ
arrogātia solet accidere vt eo recur-
rant: ⁊ id cupidissime petāt: qđ pau-
lo ante ꝯtēpserint. li. j. de bello ciuili/
ꝓpter quam cām dr̄ Eccl̄i. xj. In die
bonoꝝ ne sis īmemor maloꝝ: scꝫ q̄ cito
sequētur ī morte. In cauda vero (que
gallice dr̄ larriere garde) exercit⁹ ve-
nient ꝯtra nos bellātes demones oēs
(veluti diē executores iusticie) quoꝝ
numer⁹ equestris est vigesies millies
dena millia loricꝫ armatos ignitis at-
qꝫ sulphureis/ deserēt equi capita leo
nū hñtes/euomētes naribus ignē/fu-
mūqꝫ ⁊ sulphurē. Apoc. ix. Cunctos
prostratos iudicis sententia trahētes
ad ignem eternum. de quo hic in euā
gelio dicitur. Ite maledicti in ignem
eternum qui paratus est diabolo ⁊ an
gelis eius. Horum demonum videns
multitudinem. Aba. iij. dicit Pro ini
quitate vidi tentoria ethiopie. i. niger
rimos malicia demones: qui sine vllo
hoīm delectu crudelissimas a miserri
mis pctōrib⁹ exigent penas/ nullo tē-
pore finiēdas. Sed hic querit̄ vtrum
cōueniat hoīem ꝓ tp̄ali pctō penā ꝑ-
peti sēpit̄nā. Questio cōis ē apđ doc.
Jō trāseo. Ponā tñ leuiter tres ꝓpō
nes. Prīa. pctm̄ eo penā meret̄ et̄nā
quo maiestatē offendit īfinitā. patꝫ ꝑ
deductionē: qm̄ si pctm̄ auget̄ ex ꝑso-
na offensi: vt dr̄ ī cle. de penis §. nec su
ꝑ hec. c. j. ꝙ ex dignitate offēsi penam
metiri decet offendentis. ḡ pctm̄ cō-
missū contra dignitatē infinitā īfinite

puniẽdũ erit: qz (fm philoso. ix. ethi.) vnũquodqz tanto peius q̃to ꝓtra meli⁹. Jõ pctm̃ augeri ex psona offẽsi iura dicũt. ex̃ de sen. excõ. c. cũ illoꝛum §. nos tñ. in glo. ꝛ textu. in. l. oĩe delictũ. §. q̃ man⁹. ff. de re mili. ff. de iniu. l. item apud §. quod aut ꝓtoꝛ. insti. de iniu. §. atroꝛ. ꝛ de pe. di. j. c. aut facta. dr̃ q aliter punitur q̃ dñm vel parentem pcusserit q̃z qui extraneũ. Si igit delictũ i pricipẽ facile plectitur moꝛte pfecto delictũ in deũ: pena maioꝛe plectendũ est: qm̃ vt dr̃. C. de here. et ma. l. gazaros. lõge grauio⁹ est diuinã q̃z tẽpoꝛalẽ offendere maiestatẽ. plus tñ reꝛ timetur q̃z deus: eo q pꝛesto sit suã vindicare iniuriã: deus veꝛo sententiã tardat. Jõ dr̃ Eccls. viij. E tei qz nõ pfertur cito ꝯ malos sentẽtia.

¶ Scda ppõ. Peccatũ priuãs bono infinito malũ coꝛrũdens cõtrarie ipi bono mereť. i. malũ infinitũ: sicuti in pena talionis fit. cũ igit pctm̃ gloria pꝛiuet eterna. ptz q pena etiã eterna puniendũ erit. Sicut igit p actũ elicitũ bonũ acceptať hõ ad vitã eternã. ꝑ a cõtrario sensu ꝛ a simili p actũ malũ iudicať dign⁹ pena eterna: qz sicut p positũ in ꝓposito sic oppositũ in oppo sito. Nõ autẽ semp tenet quis actũ bonũ elicere actuali positiõe: sed semper tenetur non elicere ꝯriũ. si aũt elicere voluit tenebať elicere bonũ. ꝛ ꝓhibebať elicere malũ. q̃z grauis igit ẽ pcti cõmissio quo pꝛiuamur eterna gl'ia/ ꝛ digni reddimur etna pena. vñ Hiere. ij. Duo mala fecit populus meus ꝛc.

¶ Tertia ppõ. Pctm̃ obstinata mente ꝓmissũ semp eũ retinet gradũ malicie post moꝛtẽ/ quẽ tpe moꝛtis in hoie habuit. Rõ ẽ qz post moꝛtẽ nõ minuiť pctm̃: nec dãnatus potest quicq̃z facere/ vel factũ recipere quo minuatur. Jõ dr̃ Eccls. ix. Melioꝛ ẽ canis viu⁹ leone moꝛtuo ꝛc. Cũ igit fm Gre. de pe. d. j. c. voluissẽt impij sine fine viuere: vt potuissent sine fine peccare ꝛc. Non est ambiguũ eos debere toꝛqueri/ iuxta infinitã illã animi intentionẽ cui coꝛrũdere debet pena infinita Videns igitur aĩa tot pctã/ tot sctõs/ tot creaturas/ tot demones in iudicio cõtra eã pugnãtes digne dicit ꝟba scripta ꝑ themate. Multi bellantes ꝛc.

¶ Quo ad scdam partẽ sermõis ex euãgelio tria sumim⁹ documenta: videlicet q debemus futurũ iudiciũ cogitare. q debem⁹ egenis miam pꝛestare: et finalem retributionem oĩm memoꝛare. que oĩa i pꝛesenti sermone nõ possunt extendi temporis inopia.

¶ Feria. iij. post pꝛimã dñicam.

Multi bellantes aduersum me. ps. lv. Ciuitatẽ vniuersam ꝛpi aduẽtu cõmotam dicit euãgeliũ hodiernũ. Sic turbatã ꝟginẽ (q̃ ciuitas ẽ dei magni.) ps. xlvij. Angelo ꝛpi aduentũ in eã pꝛedicẽte legim⁹. lu. j. Cõmota quippe sunt eo in mysterio incarnatiõis oĩa iteꝛioꝛa ei⁹. Intellect⁹ ad pscrutãdũ diuinũ opus: memoꝛia ad memoꝛãdũ q̃ diuis i scripturis de paritura ꝟginẽ abdebanť: volũtas ad assentiẽdũ fideli nũcio ꝛ dei volũtatẽ acceptãdũ: q̃ dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi fm ꝟbũ tuũ. Postremo aũt ꝯmota sũt viscera ei⁹ ad suscipiẽdam spũsscti gr̃am/ ꝟtutẽq̃z i ea supuenientẽ. Cõmotiq̃z sũt ꝛ i locũ deducti matricis purissimi sãguines/ q̃b⁹ imaculata ꝛpi ꝯceptio pfecta ẽ: vt igit salutarẽ i nobis ꝛps motũ agat ꝯtritionis pctõꝝ ꝛ dilectiõis mãdatoꝝ: eã salutemus Aue maria. ¶ Multi bellã. ꝛc.

¶ Deducto iã ecclesiastico cetu vniuerso piraticam in classem ad bellum contra sanctam dei legem. Secularẽ nũc statum oꝛdine congruẽti colloca re decebit. Et pꝛimo loco pꝛicipes decet statuere. Et hoꝛum quidem fama vulgatissima gratissimos pfecto reddidit veluti potẽtissimos ipꝛimis diuine legis tr̃aĝressoꝛes. ꝛ q̃ maioꝛe in oĩb⁹ ꝓphanãdis legib⁹ licẽtia vteret: vt pote q̃ nulli⁹ coꝛrectioni subiaceãt neq̃z cõtradictionẽ cuiuscũq̃z patiãť. demũ qz suo crimĩe plures facile trahere possint ad q̃lz ipie tractãda. tum clarioꝛe ꝑmũ exẽplo/ tũ fauoꝛe cũct⁊

optato cui⁹ gratia subditi facile (imo q̄ volentissime) in om̄e nephas sese p̄cipites ruūt: nihil turpe putātes quo p̄ncipis in beniuolentiā eant. q̄obrē dictū esse a poeta. Cōponit̄ orbis regis ad exēplar: ⁊ mobile mutatur cū p̄ncipe vulgus. vñ Job. xxj. Post se oēm hoīem trahet et ante se īnumerabiles: qm̄ ⁊ multos princeps malus ī dānationē premittit: siue bello cadāt sui causa moto/ siue alio quolibet modo ad infernū hospiciū dño paraturi precedāt. Post se vero suis imbutos moribus quibus nunq̄ carebunt/ ad infernas sedes adducet: cui bene conuenit illd̄ Eccl's. iiij. Infinitus est numerus ppl'i qui fuerunt ante eū: ⁊ qui postea futuri sunt nō letabūtur in eo. videlicet q2 oēs cruciabuntur ꝓpter eū cui maledicēt. Juxta illud Maledicet deo et regi suo. Non igit̄ interrogationē expectauere prīcipes/ qui magnifica vsi oratione prefectū classes allocuti sunt hijs ꝟbis Vanissime omniū potentie mundane principum princeps: quā tue superbissime ditioni reuerentiā debem⁹ atq; fidē ambiciosissimo primū corde ⁊ pernicioso sacramentis ore cōnexo nephandis offerim⁹ in feudū (facile cōfiscandū) q̄c quid possidemus in terris vanissima a tue fallacitatis dominatione recipimus: tuāq; stolidissimam in oībus curiam secuturos deuouem⁹/ ⁊ quicq̄d tue mēti sedebit impijssime nostris apponere votis. iniusta quoq; precepta tue maiestatis horrēde quōlibet executioni mandare ꝓmittim⁹. Nūc igit̄ audientes tuā scelestissimā celsitudinem iniquissimū cōtra sanctam dei legem parasse bellum: īdecoꝝ nimis existimātes tā nepharie rei nos īprimis potentissimos omni iniquitate. p̄s. lj. Et qui solemus in omni gloriari malicia deesse rati hoc beneficio gratiam tue infidelissime dignitatꝫ posse haud minimā obtinere: cōciti multiphario cū apparatu bello cōtra sanctam dei legem cōuenienti venim⁹ vnanimi cōcordia/ in malū omne patrandū prompti paratiq;. Nostrū ante oīa erit officiū populos exactiōibus grauare: vt impleamus scripturā. d. Esa. iij. Populū meū exactores spoliauerūt: nec obstabit nobis lex/ que prohibet illicitas exactiones. ff. de offi. presi. l. illicitas. Item nostrū erit opprimere pauperes orphanos ⁊ viduas: vt impleat̄ scriptura. Eze. xxij. Aduenā calūniati sunt ⁊ pupillū ⁊ viduam cōtristauerunt: ⁊ sanctuaria polluerūt. Nec obstabit nobis quod dicitur. xxiij. q. v. Regum officiū est ꝓprium facere iudiciū atq; iusticiā ⁊ liberare de manu calūniantiū vi oppressū/ ⁊ peregrinis pupillisq; ac viduis (qui facilius opp̄munt̄ a potentibus) prebere auxiliuꝫ Et qd̄ excipit Hiero. sup illud Hiere. vij. Si feceritis iudiciū ⁊ aduene ⁊ pupillo et vidue nō feceritis calūniā ⁊c̄. habitabo vobiscū: sed nō curāt dei cohabitationē principes qui nullum se potentiorē admittunt. Item nostrū erit inquiunt ꝓphanare tēpla ⁊ rapere bona dei: vel saltim ea cōmendare manibus hostium legis dei. cardinalibus: scꝫ ep̄is abbatibusq; beneficia distribuere ecclesiastica/ qui nichil amplius q̄ legē dei persequūtur: ⁊ odio habent: sed ⁊ cātoribus turpissimarū cātilenarū ebriosis ⁊ lubricis/ ista maiorē in contemptū diuine legis donabim⁹: vt impleat̄ scriptura. d. Treñ. j. Manū suam misit hostis ad oīa desiderabilia eius: q2 vidit gentes ingressas sanctuariū: de quib⁹ preceperas ne intrarent in ecclesiā tuam. Qd̄ ꝓfecto nostris diebus adīpletū est. Solis eñ legis diuine hostibus videtur ingressus patere ad beneficia ecclesie rapienda. Nec obstabit (inquiunt) nobis qd̄ inhibet̄ laicis panem comedere sacerdotum: nisi in extrema necessitate: vt patet. j. reg. xxj. licet ecclesiastice res sint pauperū. xvj. q. j. c. fi. nā si peccata populi comedunt sacerdotes. (Osee. iiij.) profecto ipse populus eadem comedere non debet pctā que facit: q2 comedendo non purgabit̄ qd̄ euomuisse tenet̄: q̄obrē ⁊ diuitias q̄s

deuorant impio dente / qñq; cũ pctis aĩa saginata voment. Job. xx. Nec obstabit nobis (inquiũt) q̃ inhibet̃ i vsus diuĩos / applicata ꝓphanari / ⁊ i alios vsus conuertere. de conse. di. j. ligna. de reg. iur. li. vj. semel. xix. q. iij. c. que semel. ff. de religio. ⁊ sũp. fu. l. si quis sepulchrũ. imo nec dom⁹ imperatoris debet ad alios vs⁹ cõuerti. C. de pala. ⁊ do. l. j. Nec terrebimur (inquiũt) fulmine dei: sicut brẽnus gallor̃ dux volens delphos spoliare / et xersis milia quattuor armator̃ eadẽ tẽptãtes: occi sunt: vt narrat iustinus: quod supra posuim⁹. Nec obstabit (iquiũt) q̃ ꝓhibentur indigni aĩarũ curã sumere. c. cũ sit ars artiũ. extra de eta. ⁊ quali. i or. ꝑfi. ⁊ quod nihil magis nocet ecclesie dei q̃ q̃ indigni preficiãtur. extra de elec. c. Nihil. qm̃ electione reiecta nos violenter instituemus quoslibet ignaros episcopos et pessime vite prelatos. ¶ Insuper nostrũ erit puellas quascũq; deflorare / corrumpere vxoratas alienas: ⁊ relinquere atq; recusare ꝓprias: vt impleatur illud Treñ. j. Facti sunt principes velut arietes: (scz luxuriosi) non inueniẽtes pascua (scz temperantie) in propria vxore: satietatem non inuenientes et abierunt absq; fortitudĩe (.i. sine maiestatis honore) victi luxuria ãte faciẽ subsequẽtis: scz mulieris aliene. Nec obstabit nobis qd̃ dicit apostolus. Fugite fornicationem. j. Cor̃. vj. ¶ Itẽ nostrũ erit oppĩmere pauperẽ iustũ habẽtes pro lege fortitudinẽ iniusticie. Sap̃. ij. vt ĩpleatur scriptura. d. Job. xxiiij. De ciuitatibus fecerunt gemere: scz tradendo eos morti ⁊ supplicijs absq; causa ⁊ anima vulneratorũ clamauit ⁊ deus inultũ abire non patitur: quoniã non curauimus dei punitionem: quasi nihil possit facere. Job. xxij.

¶ Item nostrũ erit mouere bella vicinis infirmioribus et rapere terras eorum. in occisionẽ deducere milites. ĩ ruinã ꝟtere tẽpla / et monasteria violare: ĩnumeras agere viduas: ⁊ insontes bello necare: virgines ad meretriciũ cogere: ⁊ igni cuncta vastare: vt ĩpleatur illud Eze. xxij. Principes fuerũt ad effundẽdũ sanguinẽ ⁊c̃. Nec obstabit qd̃ inhibet̃ sanguinẽ innocẽtẽ effundere. Hiere. vij. Plura nobis alia restant agẽda: que melius opere q̃ sermone complebim⁹ cõtra sanctã dei legem. tantũmodo tuã (gloriosissime malor̃ rex) gr̃am habeamus. Hos tam preclaros ⁊ tã potẽtes diuine legis aduersarios q̃ libentissime suscepit classicus imꝑator / quos maiorib⁹ triremis (q̃ gallice dicunt̃ galleazes) imponi iussit: eo q̃ velis adulationum ducãt̃ / atq; remis malar̃ impulsionũ siue cõsilior̃. ¶ Sed hic querit̃ vtrũ status principũ sit necessari⁹. Ad huius q̃stionis declarationẽ pono tres ꝓpõnes. ¶ Prima ẽ hec. Principãtis auctoritas oĩbus in rebus componendis necessaria est. Nam etiã in aĩa oportet esse voluntatẽ principantẽ atq; ĩperãtẽ: (vt Salusti⁹ dicit) Animũ esse ducẽ atq; imꝑatorẽ mortaliũ vite In edificatoria quoq; principãtẽ esse oportet. neq; em̃ qd̃ vnũ idẽq; est pluriũ imperijs parere põt. Igit̃ nõ nisi vno modo vnoq; ĩ loco lapis cõstituit̃ edificio quod vni⁹ imperio ꝯsequẽter expedit ordinari. Si em̃ plures eadẽ fungantur auctoritate: pluribus eandem rem modis ordinari cõtinget: nõ aũt id patit̃ vna res: ꝯ nõ nisi vni⁹ prĩcipantis ordinatiõe cõponenda venit In bellica similiter ducẽ oĩno ꝯuenit eẽ: alias veluti reptilia siue pisces absq; duce ⁊ sine ordĩe fluitabũt. Aba. j. quos vincere facillimũ erit. Sic troiani ceso hectore debellati sunt. Sic mortuo ciro ꝑse vincunt̃ ascit; principãte tamyri. Sic dario ceso a cognatis perse parent alexãdro. Sic occiso põpeyo iuli⁹ cesar põpeyanũ robur eneruat. Et romanor̃ exercitus apd̃ trasimenẽ ceso cõsule sternitur ab hanibale: vt titus li. refert. Nil tã facile q̃ turbam duce carentem debellare. Igit̃ dicit tit⁹ li. põpeio sexto ⁊ dario (vt refert curti⁹) ⁊ xersi (vt refert herodot⁹) nihil plus defuisse q̃ ducem

qui copias apud eũ ingẽtes coactas deduxisset. In ciuili quoq; repu. atq; domestica pẽe quẽpiã necesse est: qm̃ que diuersis agunt modis ordinẽ seruare non pñt. Nõ aũt vno modo fient que plurium opinionibus subijciẽtur qm̃ quot sunt hoim capita: tot sensus totq; opiniones sunt. ꝙobrẽ dicit de⁹ in vnã quãq; gentẽ preposuisse rectorem. Eccli.xvij.t aug. viij.q.j.c. qui epatum. dicit q populus sine superiori dignitate regi non põt. Jdeo dicit Prouer.xj. vbi nõ est gubernator: populus corruet. ¶ Secda ppõ. Regalis auctoritas aristocracia/tymocratiaq; melior diuina lege permissa traditaq; multoꝝ est cõsilio prudẽtũ diri genda. Non em̃ vnius opinione plurimorum vitã simpliciter dirigi tutũ ẽ. qm̃ bon⁹ etiã qñq; dormitat homerus t prudentissimus quisq; qñq; fallit dicẽte Eccla ste. vij. Sapiẽtẽ pluris eẽ ꝙz decem ciuitates: nihilominus non esse iustum in terris qui non peccet et erret. Jgit dicit salutem plurib⁹ ꝙsta re cõsilijs. Prouer.xj. ꝙobrẽ assessores iudici tribuũtur. C. de assesso. l.j. sed t christus venturus ad iudicium cũ senib⁹ dicit Eza.iij.t Prouer.vl. qñ sederit cũ senatorib⁹ terre. Fatuũ igit est ppe ĩniti prudẽtie. Prouer. iij. Si em̃ cõsiliũ oĩbus necessariũ est ꝙtomagis hijs qui oĩm summã rerũ suis manibus regunt: pniciosior eo ẽ regũ principũq; furor et preceps agẽdorũ impet⁹: quo si male cesserit) pluriũ dãnis igeritur. Si mĩr⁹ sapiẽs pnceps fuerit sapientũ consilijs dirigek si sapiens audiens cõsilia sapientũ sapientior erit. Prouer.j. Nihil itaq; facile priceps ex arbitrio facere (nisi cõsultus) debet. ꝙobrem alexandrũ exercitum pene senatorum habuisse ferunt. tãto em̃ perfectior esse debet priceps: ꝙto plures ab eo sumunt exemplũ: qz fm Clau. Cõponitur orbis regis ad exemplũ. t Eccli.x. Qualis ẽ rector ciuitatis/tales t hitatores ei⁹.

¶ Tertia propõ. Reges/quos eligere melius est) nõ nisi ꝑtute preditos et equitatis amatores esse conuenit/ qui si iusticie moribus aduersent/ tyranni potius cẽsendi sunt. Quid em̃ cause est: cur insipiẽti viro (licet regali parẽte nato) me meaq; committam vt ei res meas credã: qui nec suis consulere satis intelligit. t imperet populis/qui tumide nõ imperat ire: furore ꝙz agitur vesano: neq; em̃ glomerati⁹ vniuersa regnicolarum bona decus t vita venire in ruinam possunt/ ꝙz ea simul omnia insipienti cõmittere duci qui vno fortune ĩpetu cuncta subuertere potest. Jdeo dr̃. Eccli.x. Rex insipiens perdet populũ suum.

¶ Quo ad secundam partem ex euãgelio sumimus tria documenta: videlicet q commoueri debemus christo adueniente.

¶ Secundo q purgari debemus a peccato impediente.

¶ Tertio q laudare t orare debem⁹ deum in ecclesia sanctificante.

¶ Circa primum dicitur Math.xxj. Cum intrasset iesus hierosolimam cõmota est vniuersa ciuitas. d. quis est hic. Jngrediente siquidẽ domino anim̃ cõmotio fit salutaris. Triplicẽ aũt fieri cõmotionẽ in aĩa intelligim⁹ cum vel ire mouetur passiõe/aut odio vel concupia: vel passione alia vitiosa Secundo cum vel timore corripitur vel amore.

Tertio cum rõe seipsã dimouet maligno a statu vbi fixa volũtate manebat

¶ Motu ire flãmescit homo diffuso per venas sanguine felle mirto. vnde quidam. Ora tumẽt ira: nigrescũt sanguine vene. Hoc motu ratiõis claritudo pallescit. Juxta illud ps. xxx. Turbatus est a furore oculus meus. Hoc motu pulsus alexãder clitũ laudibus philippi regis alexandri patr̃ nimiũ ĩsistẽtẽ occidit. Motu aũt ꝙcupie cõcutitur anim⁹ (etiã inuitus) cũ not⁹ intrat ossa calor t toto capit pectore flãma. fm virg. Hoc motu sepe rõ vincit. qm̃ (ꝙz Gene.) vicit sctõs dira libido/q t dauid aspectu bersabee vict⁹ nephariũ pegit opus. ij. reg. xj.

Mis motibus viciosis non mouet aia per ingressum xpi: sed diaboli. z pser-tim cū quis mouetur passione inuidie sicut iudas postq̄ intrauit sathanas in cor eius. Timore aūt (repētino ma xime) fit mot⁹ z tunc sanguis omnes pene destituit art⁹/ad cor se quertēs. q̄obrem concussos timore viros: nec resistere quidē persequētibus pueris aut feminis posse. Ulñ.iiij.li. de bello alexādrino dicit cesar: q terror hoīb⁹ mentē consiliūq̄ eripit/z mēbra debi-litat. Et ps.liiij. Timor z tremor venerunt sup me z contexerūt me tenebre. Motu amoris dilatatur cor: sequens quod amat extra seipm. Sicut eñ timor cōtrahit z vertit ad ītra: sic amor ptrahit et iacit ad extra. q̄obrem se-pe suspiria fundūt amātes. sic ex amo re dei motus dicit. Os meū aperui z attraxi spīm. ps.cxviij. Motu vero ra-tionis mouetur aia qñ regulata ratio ne volūtas tendit in bonū: vel seipsā auertit a malo/q̄ est mutatio dextere excelsi. ps.lxxvj. Ugit dicitur ps.lix. Cōmouisti terrā z cōturbasti eā: sana contritiones eius quia commota est. ¶ Sed hic querit vtrū cōmoueri ad penitentiā aia possit sine speciali gra dei. Ad decisionē hui⁹ questionis po-no tres xpōnes. Prima est penitere facti pīs dānū afferētis quisq̄ potest ratione vtens. Cognito siquidē ex fa-cinore dāno naturaliter odito. ipsum quoq̄ facinus quo dānū gignit odiri potest quin odiosum erit: nisi fortasse tanta sit facinoris delectatio vt dāni superet tristiciā: alias naturaliter odi osior causa q̄ effectus erit/eo q illud magis: ppter qd vnū quodq̄ tale phi losophi sentētia. Ad quā accedūt que cūq̄ facinoso⁹ sentētie atq̄ exempla penitentiā cōtinētes. q̄obrem z male dictiones cause referūt dāni quod sē tiunt. sive honor ꝯ puatio fuerit: vl ad iecta cōfusio (que sepe flagitia comi-tat) sive pecunie mulctatio / sive cor-porale detrimentū. sicut qui stupri cā domo pellit heri sui/maledicit stupro non quidē odiens stupratū sed penā cu ius causa est stupri. Sic dānatos pe nitētiā agere scriptura dicit. Sap.v. que tñ infructuosa est: sic penitet lusis se ppter dānū amisse pecunie. Unde Juue. Plorabatur lachrimis amissa pe cunia veris. ¶ Secunda ppō. Peni tere viciose cōmissionis/amore virtu-tis moraliter amisse: cuilibet agnoscē ti ⁊tutem est facile. Splendorē pfe-cto quisq̄ gnarus virtuꝯ appetit quē amisisse (cum animaduertit) non pōt oīno non dolere: qñ bono sese priuatū intelligit maxime quod tanto maiore dignū ducat penitētia/q̄to preciosi⁹ est intrinsecū: malicia siquidē attingit cor. Hiere.iiij. Et puat interiore ⁊tu tis gaudio atq̄ decore/q bona gignit ex cōsciētia.ij.Cor.j. Nam gloria no stra est testimoniū cōsciētie nostre. ad Ro.ij. Testimoniū reddente illis con scientia: non igit est ponendū auxiliū speciale dei/ad talē actū eliciendū vt quidā volunt. ¶ Tertia propō. Peni tere culpe in deū cōmisse metu pene future: vel respectu amisse gre/sive in tuitu glorie ppetue per penitentiā ac quirende/nullus absq̄ speciali gratia dei pōt. Ufñ nō nisi fide credunt: hec oīa que dono dei hoībus inest (Ephe. ij.) z speciali gratia credentibus con-fertur mīam cōsecuturis/ quos diui-na predestinatio dignos effecerit quo rū (inquit aposto.) vult miserē Ro.ix Ad moysi dictū est. Exo.xxxij. Pro-cedit aūt vlteri⁹ questio: si vltra fidei donū singularis alia gratia ad penitē tiā requiritur qd theologi docto. vo-lunt: qñ per se in pctñ ruere quidem posse creaturā: resurgere vero nō pos-se. iuxta illd Osee.xiij. Perditio tua ex te israel: in me tantūmodo auxiliū tuū. neq̄ eñ odire cognitū delectabi-le naturalit hō pōt: sed futuroꝝ cōsi-deratione atq̄ inuisibiliū/que prepo-nenda presentib⁹ visibilibus existima uerit. In quor accedere affectū non nisi diuina pulsus gratia potest. qñ si cut nec intelligibilia nisi dono sunt fi-dei: sic nec diligibilia/nisi mouēte affe ctum gratia diuina. ¶ Constat igit

aduentu xp̃i motum excitari in anĩa. dicente.ps̃.lix.Cõmouisti terrã ⁊ cõturbasti eam.sana contritiones ei⁹ q̃ cõmota est.vbi cõmotioni subesse contritionem aperte docet.que sanet̃ indulgentia xp̃i. Vñ Greg.xxvij. mor. Cum mentẽ deus ingredit̃:constat ꝙ mox pnĩe gemitus sequatur.vt ei iam salubriter flere libeat:qui p̃us in iniq̃tatibus flenda iocũditate gaudebat. Ratio est:q̃ cum infundit̃ xp̃s:interficitur impi⁹.et vbi abhominatio aboletur/ sanctificatio ꝯsecratur. xv.q.j. nec is. Quicũq̃ igitur moueri se per contritionem non sentit:christum sibi deesse putet.

¶ Scd̃m ex euãgelio documentũ sumimus/ ꝙ debemus ꝯscientiã purgare:qm̃ in euãgelio dicitur ꝙ ĩgressus templũ dñs eiecit vendẽtes ⁊ emẽtes ⁊ mensas euertit atq̃ es effudit.i.pecunias mensis suppositas. Si animã dñs fuerit ingressus proculdubio ad cõtritionẽ p̃mo mouebit.Demũ euersis peccatoꝝ sedibus (per detestationem) peccata reijciet/atq̃ ꝑ cõfessionem effundet. vnde Eccl̃i.xvij. Conuertere ad dñm ⁊ relinque pctã tua. Et Senec. Proijce quecũq̃ cor tuũ dilaniant:q̃ si aliter extrahi nequeũt: cor ip̃m cum ipsis euellendũ erit. Nõ satis est ergo cõteri de pctĩs ad intra nisi ⁊ cõfessio salutaris fiat ad extra. Confessionẽ fieri ad salutẽ. dicit aposto.Roma.x. ¶ Hic autem queri potest. Vtrum ꝯfessio sit de necessitate salutis.cõmunis est questio apud doctores. Ideo transeo. Necessariũ tamẽ arbitror xp̃m denuo redire ad pellendos e templo nũmularios simoniacos/qui sacras dei res in publicã cõuerterunt negociationem. De quib⁹ al̃as (si occurrerit occasio) dicemus.

¶ Tertium documentũ est/ ꝙ debemus deum in suis edibus laudare et orare. Ideo dicit̃ ꝙ dom⁹ dei est domus orationis nõ negociationi deputanda.q̃obrem corripiendos diuinarum prophanatores ediũ censeo.qñq̃dem ĩ oratorio nil preterq̃ diuino digna cultui exercenda vel dicẽda sunt qd̃ Augu.xlij.dist.c.fi.testatur.d. In oratorio preter orandi ⁊ psallendi cultum penitus nihil agatur.vt nomini huic ⁊ opa iugiter impensa ꝯcordent.

¶ Feria quarta post primam dominicam quadragesime.

Multi bellantes aduersum me.ps̃.lv. Petisse iudeos signũ a dño dicit hodiernum euangeliũ. Mat.xij. Incitato per esaiã achab vt signum peteret a dño. Esa.vij. Ad sue testimoniũ incredulitatis / recusanti signum pariture v̄ginis Esaias protulit dicẽs. Ecce virgo ꝯcipiet et pariet filium. Hoc quidẽ inter om̃ia signa mirandũ qd̃ omnẽ humane rationis aciem excedit:⁊ superat.hoc ĩsolito penitus nec antea viso:nec post ea futuro signo fidem excitari nr̃am facile est.quo ⁊ diuine maiestatis dignatio humilitatis/⁊ in nos caritatis exhibitio maxĩa/ humane v̄o nature mira sublimatio atq̃ perhẽnis oĩmoda salus ostendit̃. Ad eam igitur in q̃ signum hm̃oi stupendũ atq̃ amandũ dñs ostendit: accedentes / supplices illud Aue dicamus/ ore gabrielis inuentum. Aue Maria.

¶ Multi bellãtes aduersum me.vbi supra. Adactis in classem principib⁹. Nunc armigeros eorũ sequaces imponere iuuat. Atqui sine hijs nec bellum geri potest. Deducti igit̃ p̃mum capitanei ducesq̃ in ꝯspectum impatoris:laudati plurimũ fortissimis diuine legis transgressionibus / veluti splendidissimis militie factis ab ĩperatore. Ip̃i quoq̃ laudis augẽde gratia/longiore admodum oratione preclara flagitiorũ facinora a puero nauasse operã sese iactabundo sermone predicabãt/minutatim distinctis voluere articulis enarrare. Imprimis itaq̃ horrendis cõsuesse blasphemijs impetere nõ modo creaturas/sed ipsum quoq̃ deum/audacissime gloriabantur. Nos inq̃unt ea vigem⁹ audacia:vt non vereamur in ip̃m legis au-

ctorem iactare quitia: nec murmure quo dã ignauo: sed resonante p celos patula voce/ quo possum⁹ hausto pectoris/ atq; sono furijs excito/ execrabiles mittim⁹ ad deum preces maledictis refertas horrendis. vt impleatur qđ dicitur Esa. lij. Nomen meum iugiter blasphemat. Audem⁹ nec minus virginem xpi matrem italico more turpissimis afficere verbis. nec sanctorũ nomina blasphemijs vacant nostris. Omnẽ profecto celi curiam p uocare nostris gloriamur iniurijs: vt videamus q̃ sit potestas superni/ quã veluti tarda bella mouẽtem/ & vulnerum ignarã infligẽdorũ aspernamur omnino. Putamus enĩ deum superioribus rebus intentũ hec inferiora nõ curare. Job. xxij. Si enĩ apud eũ cura illi mortaliũ foret aliqua/ nequaq; continuisse nostris ab excessibus vindictam aut in tam longũ vite spaciũ nostre iudiciũ distulisse. cum pſertim id nostris videamur blasphemijs quere: q̃ (si qua penes eũ est ira) in nos deseuiat. Si enĩ prouocare diuinã in se iram dicuntur/ qui ea vindicare differant quib⁹ offenditur ipse deus. xxiij. q. iiij. ca. si ea. quare differt ipse met blasphemias in eũ directe missas vlcisci: dormit credim⁹/ nec euigilauit multo a tẽpore. pſ. xliij. Non igit obstat nob; q̃n blasphemias pferam⁹ in eũ/ qđ ipse vetuit dicẽs. Non assumes nomẽ dei tui in vanũ. & qđ dicit Leuit. xxiiij. Blasphemũ nois dei lapidandũ. Nec curamus pestilentias famẽq; hanc oriri ob cãm. vt in auct. vt non lux. ytra na. colt. vj. §. si enĩ. vbi dicit q̃ blasphemie in deũ vltimo debẽt supplicio puniri. quã quidẽ legẽ etiã infidelis ille quersus nabugodonosor/ seruari iussit. Dañ. iij. qđ recitatur. xxiij. q. iiij. qñ vult. Nec nobis est cure inquiũt q̃ blasphem⁹ ecclesiastica debet carere sepultura. ex̃. de cle. male. c. ij. quia hoc nõ seruatur. Nec etiam curamus/ q̃ tradendi sunt blasphemi sathane: vt blasphemare dediscant. xxiiij. q. iij. apostolice. Nec exẽplo Sennacherib regis blasphemie causa pcussi a deo deterremur. Esa. xxxvij. Nos etenĩ posse nobis deũ nocere nõ credim⁹. igitur eos qui fortiter blasphemare nõ audent/ ignauos et quasi lacteam adhuc voluentes linguam reputamus. ¶ Item iniusta q̃libet bella sumere non formidamus/ nil inter iustum & iniustũ penitus differentie ponentes: modo nobis lucrã di detur occasio/ reliqua theologi tractent. Quid enĩ cõmercij legibus ad arma: in armis potius iura consistũt Quid preter arma dedere regnandi principium: nõne potentia primũ rerum possessio capta est: quid nobis vetule quedam carte nocẽt: hijs occupent̃ qui man⁹ ad fera bella vertere timẽt. vertant inq; cartas qui vertere tela formidãt. leges obseruẽt hij qui transgrediendi potestatẽ non habent vel quos formido statute detinet pene. Nos autẽ & leges audacter transgredi possumus/ & penam legis nullã formidamus. Non est qui penam exigat ab hijs qui eam dare possunt. Silentium legibus imponũt arma. & ibi iura tabescunt/ vbi machine sonant. Judicium gladius loco iudicij habz. Nec obstat qđ canones de iusto diffiniũt bello. xxiij. q. ij. c. j. & quod leges dicunt de moderamine inculpate tutele. C. vñ vi. l. j. cum sua glo. et. ff. ad l. acqui. l. scientiam. & ertra de ho. vo. significasti. Nostra autẽ lex est fortitudo. Sap. ij. Jdeoq; gaudemus debiliores/ nec curamus q̃ preses puincie hoc prohibere debet. scz ne potentiores afficiant iniurijs debiliores. ff. de offi. presi. l. illicitas. Item seuitiã in eos quos tueri debuissemus/ ostẽdere: predariq; & rapere bona que seruanda fuerant a nobis. hospites q̃q; percussionibus affligere: & vxores filiasq; violare didicimus. Nec obstat quod beatus Johannes dixit. Neminem concutiatis. Luce. iij. Nec lex q̃ iubet milites in domesticos militãtẽ/ in hostes vero ferociam exhibere. C. de offi. preto. prouin. affri. l. fin. C. de

defen.ci.l.vtili.ꝛ.l.defẽsores. Nosve ro ferociam in subditos omnem effun dere consueuimus/ꝛ non modo cape re que domi sunt hospitis/ sed eũ quo qꝫ ad quelibet pꝛecioſa mercãda/ver bere multo intercedente ꝓpellimus/ gloziantesqꝫ rusticos iniurijs affice re ꝛ verberibus (quasi asinos) onera re. feminas vero quaslibet hospites in tactas relinquere fedum reputamus (assiriozꝫ moze) Judith.xij. quas etiã nobiscum ducere sepe iuuat. Jtem ec clesiarũ bona rapere: sacraqꝫ oñia ꝓ phanare didicimus. Dignum q̃ppe deo diuiti/nos bonis locupletare su is. vt bẽni erat sententia delphos ag gredientis. ¶ Jtem insontes occide re sepe libet/ ꝛ infirmiozibus vulnera dare gratis. vt impleatur scriptura dicens. Effuderunt sanguinẽ eozum quasi aquam. pſ. lxxviij. Nec obstat pꝛeceptũ dñi. Non occides. Exo. xx. Et qꝺ xp̃us cõminat⁹ est dicẽs. Qui gladio ferit: gladio pibit. Mat. xxvj. Q ñ siue gladio: siue laqueo nobis oi no moziẽdum est. ¶ Jtem oẽm ebrie tatem atqꝫ ludos exercere nobis ho nestum est. Nec obstat qꝺ ꝓaul⁹ di cit. Nolite inebziari vino in quo est lu xuria: qñ hoc vnum querimus q̃ pos simus luxuriari. Jtaqꝫ de⁹ noster vẽ ter est. ꝓhi.iij. Et in luxurijs enutri tio nostra. Jaco. v. ¶ Jtem pꝛoditio nibus etiam sepe nouimus dare ope ram: non curãtes illud Apo.iij. Esto fidelis vsqꝫ ad moztẽ. Jn summa nul lum gen⁹ est sceleris quo non vtamur aptissime. Jtaqꝫ nos in tuas admitte re legiones ne differas impijssime re gum pꝛinceps. ¶ Admissi autẽ in tri remes (que galee dicunt) immediate post pꝛincipes collocati vela dedere ventis hoꝛrendozũ remozũ strepitu. findẽtes equoza/ꝛ ingẽtes vndas ca rina sulcante veniunt in pꝛelium con tra sanctam dei legem.

¶ Sed hic queritur. Utrũ armige rozum sit aliqua salus? ¶ Ad eluci dationem huius questionis tres po no pꝛopositiones.

¶ Pꝛima est hec. ꝓatriã bello aut fidem Chꝛisti sine mãdato iustitie pa rentes: aut rempu. siue pꝛiuatã iuste defendentes: iustozum atqꝫ fozcium funguntur officio. ꝓro patria siquidẽ pugnare fozcitudinis act⁹ est. Hmb. teste. xxiij. q. iij. fozcitudo. Jdqꝫ Ca tho suadet. ꝓro patria pulchꝛum oc cumbere leonidas lacedemoni⁹ cum suis socijs exꝑistimauit/ cũ paucis ad modum viris numeroso ꝓersis exerci tui se ꝓstanter opponẽs. vt refert Ju stinus lib. ij. Codrus quoqꝫ atheniẽ sium rex idem autumatus glozioſam obijt moztem. Alij quoqꝫ innumeri tũ grecozũ: tum romanozũ: tum barba rozum viri egregij mozi ꝓ patria du xere dignum. quozum laudes in om nia secula durant. ꝓro fide autem Chꝛisti bellare meritozium esse Leo papa. xxiij. q. viij. ca. omni timoze de posito contra inimicos fidei inquit viriliter agite. Nouit enim oñipotẽs q̃ qui pro veritate fidei ꝛ defensione patrie moziet̃ur/ a deo pꝛemium cele ste consequetur. Jdem habetur. xxiij quest. v. ca. omniũ vestrum. ꝓer obe dientiam quoqꝫ iustitie bellum susci pere/ non modo iustum: immo ꝛ meri tozium est. Unde. xxiij. q. j. ca. summa militie laus ĩter alia bona merita hec est. obedientiã reipu. vtilitatib⁹ exhi bere ꝛc̃. Hoc equidẽ iurꝫ esse natura lis vult lex. ij. ff. de iusti. ꝛ iu. ꝛ ibi glo. alle. illud catho. ꝓugna ꝓ patria. et C. de aboli. l. fallaciter. ꝛ. ff. ad. l. iul. mages. l. pe. vñ. xxiij. q. v. c. miles cum obediens ptãti sub qua legitime ꝓsti tutus est hoĩem occidit/ re⁹ nõ est. Et ibidẽ. c. lex eterna ponit exẽplũ abza he q̃ laudabiliter ex obediẽtia filiũ oc disset. Jdeo vt dicit ibidẽ. ca. homici das. in talib⁹ nõ est sanguinis effusio: sed legũ ministeriũ. Sed q̃ ꝓ iustitia sit militandum. habes Eccli. iiij. vbi dicitur. Usqꝫ ad moztem certa pro iu stitia. Q̃ liceat etiam pro vtilitate reipubli. vel rei pꝛiuate iustam sequi querelam. habes. xxiij. q. ij. ca. j. iustũ bellũ. Et. c. ij. dicitur. iustum bellum

quo vlciscuntur iniurie:q̃ gens vel ci
uitas neglexerit vindicare. Qꝫ autẽ
his bellantes causis iustorũ numero
ascribant̃ patꝫ:qꝛ Abrahã hoc modo
bellũ sũpsit. Gen̄.xiiij. Sic filij israel
bellum gesserunt ꝯtra oẽs terre ꝓmis
sionis possessores:ꝛ qui transitũ ad eã
dare recusabãt. Sic machabei cũ gẽ
tibus bella gessere patriam tuendo.
Ideo dicit Aug. ad bonifaciũ.xxiij.
q.j.c.noli existimare neminẽ deo pla-
cere posse/ qui armis bellicis mĩstrat.
In hijs erat sanctus Dauid cui dñs
tam magnũ ꝑhibuit testimoniũ. In
hijs etiã plurimi tꝑis illiꝰ iusti.ꝛc̃.
¶ Scd̃a propositio. Iniustũ agẽtes
bellum etiam si iura belli nõ excesse-
rint in processu/ saluari non possunt.
quoniam tunc inferũt damnũ iusto.
Sed an teneantur milites inquirere
vtrum sit iustum bellum potest esse
questio. Mihi videtur vbi manifesta
belli est iniustitia nõ licere militi mer
cedem belli accipe/ nisi p̃ncipis impe
rio/ cui absqꝫ ꝑiculo vite nequeat resi
stere/ quã excusationem gregariꝰ mi-
les habere non põt/ qm̃ volens ad sti-
qendia venit. Coactũ vero excusari/
eo ꝙ nõ vsqꝫ adeo damnũ proximi vi-
tare tenetur vt ꝓprium incurrat. vbi
vero non vsqꝫquaqꝫ euidens est iniu-
ria belli non teneri simplicẽ militem
ad causas iustitie vel iniustitie ꝑscru-
tandas ad qd̃ obligari eos q̃ possunt
consilia p̃ncipi dare nõ ambigo. Sed
neqꝫ bene succedere solet hijs qui in-
iustas sumũt belli rationes:qm̃ diffi-
cile bono peraguntur exitu que malo
sunt inchoata p̃ncipio.j.q.j.principa-
tus. Sic Ciro iniustum contra Tha-
myram vrgentẽ bellum male accidit
cuius caput thamyris ĩ vas plenum
sanguine mergens impropauit dicẽs
Sanguinẽ sitisti:sanguinem bibe. sic
Xersi persarũ regi iniustam cõtra gre
cos expeditionem agenti turpissima
accessit confusio. vt heredotus est au
ctor. Sic nõnullis etate nostra princi
pibus accidit/ qui vitam cũ fama pa-
ri casu dedere/ quoꝝ noĩa censeo sub-
ticenda. ¶ Tertia propositio. Etiam
iustum agentes bellũ/ peruersa inten
tione/ seu bellice rõnis violata iusti-
tia perpetuã damnationẽ consequũ-
tur. Vñ Aug.xxiij.q.ij.d.c. militare
non est pctm̃.sed ꝓpter peccata mili-
tare pctm̃ est.nec rẽpu.gerere crimi-
nosum est.sed rẽpu.agere vt diuitias
augeas videt̃ esse dãnabile:propter-
ea enĩ quadam prouidẽtia militanti-
bus sunt stipẽdia ꝯstituta.ne dũ sum-
ptus querit̃/ predo crassetur:et alle.
illud Luc.iij. Contenti estote stipen-
dijs vestris. Et.xxiij.q.v.c.cũ homo
ab homine occidit̃:multũ distat vtrũ
fiat nocendi cupiditate vel iniuste ali
quid auferendi sicut fit ab inimico vl̃
latrone/ an vlciscendi ꝛ obediẽdi or-
dine.sicut a iudice ꝛ a carnifice vel e-
uadendi ꝛ subueniendi necessitate.si-
cut interimitur latro a viatore.hostis
a milite ꝛc̃. Om̃es igitur qui bella ge
runt iniusta aut si iusta/ tamen inten-
tione mala nocendi scꝫ aut predandi:
vel qui violantes belli iura calũnias
atqꝫ blasphemias ꝛ cetera id genꝰ ho
minũ vitia comitantia cõmittunt/ nõ
militũ sꝫ malitũ nomẽ sortiunt̃:ꝛ a iu
sto iudice ꝛ exercituũ dño ꝯdẽnant̃.
Sed et quosdã ignauos corde ꝛ cor-
pore viros haud digne belli mercedẽ
suscipe crediderim/ qm̃ nec digni qui
dẽ sunt stipẽdio/ q̃ potiꝰ fugã atqꝫ rui
nam agẽt ꝯsodaliũ q̃ꝫ hostiũ.q̃ꝫobrẽ ꝛ
mosaica lege sãxitum erat formidolo
sos abstinere bello. Deut̃.xx. Molles
q̃qꝫ hoĩes bello ineptos poete loquũ-
tur. vt Ouid. in lib.epi. Non faciunt
molles ad fera tela manꝰ. Idẽ. Bella
gerant fortes tu ꝟo paris arma. Et
Marcialis lib. vndiqꝫ suscepto.c.iiij.
Mollibꝰ assuetꝰ loricã ferre recusat:
Ceruici tenere ferrea cassis obest.
Sepiꝰ vncta manꝰ capulo nõ accipit
ensem. Lota effecta cutis frigore im-
bre dolet. Molles etenĩ viri femĩs cõ
parant̃.qm̃ mulieres q̃si molles dicũ-
tur:ꝛ mulcebres. Mulcent enĩ viros
mollicie ꝛ ornatu.sed hoc illas vtrũqꝫ
decet. viros ꝟo mollicies ꝛ muliebris

dedecet cult⁹. Vñ Oui.lib.epi. Pro cul sint a nobis iuuenes vt femina cõ pti. Videns aũt sancta dei lex tot ad uersum se hostes veniẽtes digne dicit ꝟba sũpta ꝑ themate. Multi bel.ꝛc.

¶ Quo ad scdam partem sermonis tria ex euãgelio sumimus documẽta videlꝫ. Q̃ debem⁹ deo sine miraculis credere. Q̃ signoꝝ imaginationibus non debem⁹ fidẽ adhibere. Ideo dr̃ ꝙ gñatio mala signũ querit. Tertio ꝙ debemus oportuno tpe pniam agere: qꝛ dicit̃ ꝙ niniuite penitentiam egerunt ad verbum Jone.

¶ Circa primũ dicit̃ ꝙ scribe ꝛ pharisei venerũt ad dñm dicẽtes. Magister volum⁹ a te signũ videre.q.d. Nisi signum feceris oĩno nõ credim⁹ tibi. Moris esse iudeoꝝ petere signa dicit Apl̃us.j. Corin.j. ꝛ hoc fortassis ex cõsuetudine qua de⁹ dicit̃ illos ex egypto cũ signis ꝛ portentis eduxisse Hiere.xxxij. Sed ꝛ nũc scribe ꝛ pharisei.i.eccl̃iastici ꝛ monachi signa volunt beneficioꝝ al̃s deo non credunt. Ideo dicit Malac.j. Quis est in vobis qui seruiat mihi gratis? q.d. nullus. Neqꝫ enĩ amor xp̃i aut proprie salutis intuitu hoc tẽpore sacerdotalẽ siue monachalẽ pleriqꝫ habitũ sumũt sed potiũdorum beneficiorũ vel vite gratia sustentande/gloriant̃qꝫ parentes vel affines optime suis ex p̃rimonio xp̃i fuisse prouisum/ac si ꝓpria hereditate filios ꝯdonassent. Quib⁹ recte dñs rñsionẽ intorquet dicẽs. Generatio mala signum q̃rit. Et alibi dicit. Nisi signa ꝛ prodigia videritis nõ credetis. Joh.iiij. ¶ Sed hic occurrunt aĩo due questiões: vna. Vtrum eccl̃iasticis liceat petere bñficia quasi signa querant. Scda. vtrum liceat miracula flagitare. ¶ Ad prime questionis declarationẽ pono tres ꝓpositiones. ¶ Prima seruiẽtibus xp̃o beneficia digne donant̃.qd̃ sermone.iij. supra diffuse monstratum est.

¶ Scda propositio. Bñficium vel tẽporale cõmodum p̃ncipaliter intẽdẽtes in xp̃i seruitio peccant. hij siquidẽ videntur nũmum preponere deo/ qd̃ summe iniq̃tatꝫ est signũ. vt dicit̃ Eccl̃i.x.et.xij.q.j. duo sũt gña vbi dicit̃. Nihil iniquius q̃ꝫ ꝓpter nummũ ꝯtẽnere deũ. Non enĩ eo modo licꝫ diuĩa recipere stipendia/ quo ꝛ hũana: qm̃ obsequiũ homo hoĩm (nisi necessitas vrgeat extrema) cõferre nõ tenetur. Põt igitur p̃ncipaliter lucrum intendere cuius amore ad obsequiũ tẽdit. neqꝫ enĩ amore amicitie quẽlibet prosequi necessario tenet̃ vt affectum cõmodi/ qui dicit̃ amor cõcupiscentie/ oĩno reijciat. deo vero tenet̃ homo amorem amicitie/quo nõ alio q̃ꝫ sui respectu diligat. Nec obstat. ps̃.cxviij. dictũ. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas ꝓpter retributionem. qm̃ eam intelligit retributionem q̃ non aliud est q̃ꝫ ipse de⁹/ qui Abrahe dixit. Gene.xv. Ego merces tua magna.

¶ Tertia ꝓpositio. Intendere cõmodum tẽporale licet minus principaliter ꝛ si om̃ino rep̃hensibile non sit/minus tñ laudabilem reddit accedentẽ ad seruitium dei. Vñ August. dicit. Minus te amat: qui tecũ aliq̃d amat. Si enĩ vsqꝫ adeo fortis est dilectio vt oẽm domus substantiã pro nihilo ducat cõtulisse/qui diligit.can.vlt̃. Veluti splendidiores nõnulli fecere/qui despecta mundi copia diuitiarum ad mendicantiũ sese ordinẽ transtulere/ quomõ hanc dilectionẽ habere videbitur/q̃ nõ modo nõ deserit habita/ sꝫ in seruitio xp̃i plura se habiturũ intẽdit? Dicat igitur verus xp̃i seruus q̃d enim mihi est in celo ꝛ a te quid volui super terram? q.d. nihil. defecit cor meum: scꝫ in ambiendo secularia/ ꝛ caro mea/ scilꝫ in ꝯcupiscendo carnalia/ deus cordis mei pars mea ineternũ. scꝫ te solũ elegi cordis mei possessorẽ. quẽ vnice diligam ineternũ. Cui ꝯcordat illud qd̃ habet̃.xij. q.j.c. cui portio deus est nihil debꝫ curare p̃ter deum/ne alterius necessitatis impellat̃ munere. q̃ꝫobrem om̃ia deserere qui se velit sequi dominus iubet.

¶ Scdo querit. Utrum liceat miracula flagitare. Ad declarationem huius q̄stionis pono tres ꝓpositiones.

¶ Prima. Miracula (que i ꝓncipio nascentis ecclie necessaria erant) nūc ad fidem roborādam repetenda non sunt. Necessaria siquidē miracula fuisse tunc xp̄us ipse testatus est. d. Si opera in eis nō fecissem q̄ nemo fecit pctm̄ non haberēt. Joh. xv. Neq; enī tam stupendū credere mysteriū hūanitati dei mens potuisset hūana nisi talia per ip̄m qui se deum affirmabat fuissent exposita opa/ q̄ diuinitatē inesse homi facile demonstrarent. Nunc vero iam fidei iacto fundamēto atq; supimposito grauissime molis edificio/ rursus inquirere fundamentaliū veritatem lapidū videtur absurdum. vt qđ antiq̄ssimā sua stabilitate atq; i numerabilium vita mortēq; virorum illustriū fidem habet in nouellum dubium reuocetur. q̄ obrem inhiberi legibus determinatā semel veritatem fidei nouis disputationibus ventilare. C. de sum. trini. l. nemo clericus. & di. ix. c. quis nesciat. vbi dicitur q̄ nō licet dubitare de contentis in sacra scriptura. Nam in re aperta vitanda est longitudo sermonis vt dicit Aug. de trini. & recitatur in. j. disti. xix. q. j. et. C. de legi. et consti. l. si imperialis. dicitur non decere iterum reuoluere que princeps elucidauit. sic etiā multiplicare miracula fide firmata non oportet.

¶ Scda propositio. Miracula p se petere nulli licet: quoniā talis vel infidelis videtur vel presumptuosus. Nam qui miraculum petit vt credat infidelium ascribitur numero. Nam dubius in fide/ infidelis est. extra de here. dubius. Qui vero dignū se miraculis existimat/ p̄sumptuosus est.

¶ Tertia propositio. Ad aliorum cōuersionem & salutem quandoq; miracula petere sanctorū probarūt exempla: sic helisē petijt resuscitationē filij hospite sue. iiij. Reg. iiij. Sic beat⁹ Petrus dicit sanitati restituisse petronillam: sic beatus Johannes dicitur petijsse resuscitationem drusiane: & gemmarum fractarū reintegrationem/ et multi alij sancti quod longum foret enarrare. vñ Eccli. xxxvj. dr. Innoua signa & inuta mirabilia.

¶ Scdm documētum ex euangelio est q̄ non debemus signis superstitiosis credere. quoniā teste dño Matth. xxiiij. Etiam pseudo xp̄i & pseudo pphete facient signa. Ita vt etiā in errorem inducerentur electi si possibile foret. Nam & Pharaonis magos fecisse signa miraculosa legimus. Exo. vij. Sz nec signis cometarū vel astrorum est credendum aut auiū bestiarumve occursibus vel somnijs. prout de hijs oibus dicitur in. c. non obseruetis. xxvj. q. vij.

¶ Tertiū documētum est q̄ debem⁹ penitentiam agere: qr dicit q̄ niniuite fecerunt pniam ad verbum Jone. Uñ perire nos oēs dicit dñs nisi penitentiam egerim⁹. Luc. xiij. Quod autē dicit Paulus sine pnia esse dona dei. Ro. xj. intelligitur nō posse de condigno per pniam pmereri gr̄am.

¶ Feria quita post pmam dominicam in quadragesima.

Multi bellantes aduersum me. ps. lv. Mulier⁊ hodie mirabilem fidem humilitatem atq; constantiam legimus/ que perseuerātia promeruit exaudiri/ quam etiā dominus laudat dicens. O mulier magna est fides tua. Sed mulierum oēm virtutem excessit virgo gloriosa/ que fide deo nupsit/ humilitate placuit/ cōstantia vero coronari meruit Marie siquidem magna fuit fides/ quādo angelo credidit incarnationem filij dei annūcianti. Igitur dicit ei ab Helysabeth. Beata que credidisti. In mulieribus sepe maior est fides q̄ in viris atq; constans amor vt ptz in Magdalena. deuotio vero atq; misericordia & pietas in eis marie viget. Ideo dicitur Eccli. xxxvj. Ubi non est mulier ingemiscit egens. et deuotum fe-

mineum sexum. Greg. testatur. Non igitur omino virtutꝫ expertes arbitremur esse mulieres: quarum plurime laudes acqsierunt imortales. vt ysis: mynerua: palas: amalthea virgo. atqꝫ alie plurime quas in presentiarũ recitare nõ expedit. Sufficiet nobis oũ mulierũ benedictam salutare mariã.

¶ Multi bellãtes aduersum me. vbi supra. Receptis in classem armigeris nunc nobiles domesticos qui propas fouent domos/ non curie non bello vacantes/ etiam monere necesse est. Neqꝫ hij quidẽ a bello contra sanctã dei legem abstinere voluerunt. Cetera qdem bella non agunt: huic vero cunctis diebus insistunt. Adducti igitur in conspectũ imperatoris amoris mũdi/ hac vsi sunt oratione. Impijssime oĩm princeps cui regna terre oĩa fidem exsoluũt ad tuã peruersissimam maiestatem nos quoqꝫ parati ad tua iussa venimus. Et q̃qꝫ ceteris oĩno bellis abstineamus contenti domo et vxoribus nostris rura colẽtes nostra. quietem nacti plurimã. nunc canum stipati grege siluas feris capiendis p lustrantes: nunc aurigis ordinandis intenti: nunc armẽta visentes: nũc populari turine cõuiuantes delicioſam agere vitam assueti sumus. Nihilominus bellũ quod tua a nephandissima gloria sancte dei legi parari didicim⁹ volẽtissimo tecũ animo suscipiemus. Neqꝫ nos putes oĩno hijs rebus agendis inutiles/ quoniam argumẽta tenemus plurima/ quibus infestam contra sanctam dei legem ducamus aciem. In p̃mis licere nobis iuramẽta blasphemiasqꝫ in deum haud minimas arrogam⁹: rusticos vero nequaq̃ sacramẽta dei siue negationes horrendas vsqꝫquaqꝫ decere. Itẽ ad plura nobis q̃ debeant aut teneantur cõferre cõmoda rusticos cogimus: ꝛ occasiones bona rapiendi eorum p multas habem⁹ vsitatissimas. Sed ꝛ subditorum filias oĩno anteqꝫ nubant corrumpere licꝫ: ꝛ ad hec expertissimos in oĩi lenocinio seruos pascim⁹ qui etiã ociosi tota die forũ peruagãtes nõ nisi ludis atqꝫ ebrietatibus demũ luxurie studẽt dñor suor vestigia imitãtes. Iniuriari quoqꝫ et pcutere subditos: multisqꝫ afficere veratiõib⁹ q̃ se tueri neq̃unt/ sepe iuuat vt oĩno leonib⁹ atqꝫ vsis in populũ paupem cõparemur. puer. xxviij. Eũtes autem ad venationẽ agros vastare subditorum delectat: que oĩa non minima inter diuine legis transgressores partem obtinere videntur/ ꝛ sic nobilitatem generis vitiorum turpitudine nitimur offuscare. q̃obrem principum armigerorumqꝫ vitia pro posse participamus: quorum aciei proximos nos conuenit collocari. Hos amplexatus veluti subridens imperator carissimos se illos habere dicit/ ꝛ dato inutili stipendio in fustas aduehi iussit/ que paulo miores sunt galeris siue triremib⁹ quibus armigeros vehi iussit. tunc hij vibratis remis ceruleas quatere vndas horrendo cepere cum sonitu ꝛ acri studio in sanctã dei legem nauale conserunt preliũ.

¶ Sed hic querit qui debeant dici nobiles? Ad hanc questionem declarandam pono tres proposiciones.

¶ Prima. Nobilitatẽ antiqua gñis claritudo tribuit honorandã. Honore dignã p̃bus nobilitatẽ censet antiqui generis/ ꝛ iustũ sibi nobiles honorem arrogare. iij. poly. c. viij. eo q̃ cõsentaneum sit ex melioribus meliores esse ortos. Est enim inqt generis virtus nobilitas: q̃obrem excellentes viros veluti deos reputandos asserit. iij. poly. c. ix. vnde Philelphus. Nobilitas eteni liceat si credere doctis. Est ea quã vetꝫ splendor titulicꝫ parẽtũ. p bñ gestor titulis fecere verendã. Hãc igit virtutis op⁹ gignitqꝫ probatqꝫ. Nã qs apud temet ducat nobilis amẽs? Aut scelerꝫ cultor: culpeve obnoxius vlli. Sola qdẽ virtus dat nobilitatis ꝛ aufert Nomẽ: ꝛ emeritꝫ exornat honoribus oẽs. Quos ea posse dit ac diuos reddit amãtes. pelle igit fastũ quo recte nemo vocet nobilis.

¶ Scda ꝓpositio. Nobilitatem (que pecunijs nõ emit) nõnulli ꝑclaris facinoꝝ gestis acq̃runt. Nõ igit eos nobiliũ ascribendos numero: q̃ solis opibus manẽ quãdã apud vulgares claritudinẽ vidẽtur ꝓsecuti. Nã sicut pecunijs honorẽ aut sciam ꝓparare nẽo põt. ff. de varijs. ⁊ ex. or. cogni. l. j. eo q̃ pecunijs estimari scia nõ põt. ℔ro uer. xvij. Quid ꝓdest stulto hre diuitias cum sapientiã nõ possit emere/ ⁊ honorẽ cũctis opib⁹ ꝓponendũ lex asseuerat. C. de insti. ⁊ substi. l. reꝑhẽdenda. cui opinioni accedit philosophus ĩ ethicis. Sic ⁊ nobilitas pecunijs empta nulla est. Qui vero bello strẽnui: aut lris excellentes vtilitatẽ afferunt reipu: digne quidẽ a ꝑncipe soꝝtiri nobilitatem possunt.

¶ Tertia ꝓpositio. Nobilitas oñis ꝟtute probat. vñ Sene. trage. j. Non vetera prie iura possideo dom⁹ ignauus heres. Nobiles nõ sunt mihi aui nec altis inclitũ titulis genus. Sed clara virt⁹. q̃ genus iactat suũ aliena laudat. Vnde Juue. in saty. de nobi. Stẽmata quid faciũt: qd ꝓdest pontice longo sanguine censeri: pictosq̃ ostendere vultus maiorũ ⁊ stantes in curribus emilianos. Quis fruct⁹ generj tabula iactari capaci. Famosos equitũ cum dictatore magistros: Si coꝛã lepidis male viuit effigies quo. Tot bellatoꝝ: si ludit alea ꝓnor. Ante matutinos si dormire incipis ortus luciferi: quo signa duces ⁊ castra mouebãt. Cur allobrogicj: ⁊ magna gaudeat ara. Natus in herculeo fabius lare si cupidus: si van⁹: ⁊ euganea q̃ tumvis mollior agna. Si tenerũ attritus catinẽ si pumice lumbũ. Squalẽtes ꝓducit auos: emptoꝝq̃ veneni frãgenda miserã funestat imagine gentẽ. Tota licet veteres exornẽt vndiq̃ cere Atria. Nobilitas est sola atq̃ vnica virtus. ℔aulus vel cossus vel drusus moribus esto. Jbidẽ. Blande tumes alto drusoꝝ sanguine. tanq̃ feceris ipse aliq̃d ꝓpter qõ nobilis esses. Vt te concipet que iuli sanguine fulget. Non q̃ vẽtoso ꝓducta sub aere texit. Vos hũiles inquis/ vulgi parsvltima nri. Quoꝝ nemo queat patriam monstrare parentis. Ast ego cecropides viuas. ⁊ oꝛiginis hui⁹ gaudia lõga feras. Tamẽ yma plebe quiritem facundũ inuenies. solet hic defendere cãs/ nobilis indocti veniet de plebe togata qui iuris nodos ⁊ legũ enigmata soluat. Et Boe. iij. de consola. Oñe hoĩm genus in terris simili surgit ab oꝛtu. Vnus eni rerũ pr̃ est ⁊c. Sequit. Mortales igit cunctos edidit nobile germen. Quid genus pauos strepitis: si ꝑmordia vra auctorẽq̃ deũ spectes. nullus degener extat. Ni vitijs pectora fouens ꝓpriũ deserat oꝛtũ. Sed nũc videns sancta dei lex innumerã nobiliũ turmã vitijs armatam ꝫ se venientẽ digne dicit ꝟba sumpta ꝑ themate. Multi bellã. ⁊c.

¶ Quo ad scdam partem sermonis ex euangelio tria excipim⁹ documenta videlicz. q̃ debem⁹ sanctoꝝ suffragia interpellare. Jdeo dicit in euangelio hodierno qõ habetur Mat. xv. q̃ apostoli dicebant xpo dimitte illã: qr clamat post nos. Scdo q̃ debem⁹ nosipsos hũiliare. Jdeo dicebat chananea q̃ catelli comedebãt de micis cadentibus de mensa dñorũ. Tertio q̃ debemus in oꝛonibus ⁊ fide/ ꝓstanter perseuerare: qr hec mulier ꝑseuerando meruit ex fide/ qõ petijt hre.

¶ Nam sanctoꝝ implorare suffragia monet scriptura. Job. v. dicẽs. Voca si est qui tibi respondeat et ad aliquẽ sanctorum conuertere. Siquidẽ curialium fauore opus est ei qui principis audientiam petit. Sed fortassis non sic apud deum esse dicet quispiã qui oñia solus audit ⁊ nouit/ nec referendario indiget deus aut interprete. Suis enim auribus omnia capit. q̃ obrẽ inutilẽ sanctoꝝ inuocatiõem.

¶ Queritur igitur vtrum sanctorũ sint interpellanda suffragia. Ad hãc questionem declarandam/ pono tres propositiones. ¶ ℔rima. Licet deꝰ omnia se solo vota capiat: inuocatiõe

tamen censuit sanctos ab hominibus honorãdos: nã veluti reges assolẽt nõ nullos inferiorum obsecrationib⁹ honorare: vt digni gratiarum actionib⁹ habeantur apud eos qui manibus eorum principis gratiã acceperũt. Sic de⁹ amicos sue maiestat⁊ hoc dignos honore duxit: vt liberalitatis sue beneficia manibus eorum hoĩbus conferantur quibus dignas agant gratiaꝝ actiones. iõ nimis honorificatos dei amicos psalmista canit. ps. cxxxviij.

¶ Scda ppõ. Licet obtineri que p̃destinata non sunt a deo nõ possint: q̃ tamẽ predestinata sunt sepe sanctorũ orationibus censuit deus hominibus cõferenda. Tota huius ppõnis sentẽtia habetur in. c. obtineri. xxiij. q. iiij. vbi sic gre. d. Obtineri neq̃q̃ possunt que predestinata nõ fuerint: sed ea q̃ sancti viri efficiũt ita predestinata sũt vt precibus obtineant̃. Nam ipsa quoq̃ perẽnis regni predestinatio: ita est ab oĩpotente deo disposita vt ad hoc ex labore electi pueniant: quatin⁹ postulando mereant̃ accipere. quod eis omps deus ante secula disposuit donare. ꝓdesse autem loquẽtem ꝓ hoĩe angelũ. Job. xxxij. Et orõnes elemosinaq̃ thobie raphaelẽ detulisse ĩ cõspectũ dei. Tho. xij. Angelos quoq̃ offerre sctõꝝ orationes veluti aromata in cõspectu dei. Apo. viij. legimus.

¶ Tertia ppõ. Omps deus ita sue gr̃e dona hoĩbus ordinauit sãctorum precibus ꝓferẽda: vt plura pluribus elargienda cõmiserit. Nõ em̃ puto cũcta vni⁹ sctĩ precibus posse obtineri q̃ deus disposuerit cõcedenda: ne dum vni⁹ fauor oĩa tenet: ceteri velut oĩpotentia destituti habeãt in neglectum. Distributa igitur dona gratiarũ sanctis oĩbus veluti officia quedã ordiatissima in domo credendũ est. Nec tm̃ eo modo coartari singulos ppria cõmissione: vt nil penitus fauoris ad reliq̃ possint emittere: quẽadmodũ ĩter humana gerentes negocia sancitũ videtur. Sufficit em̃ cuilibet ppio fũgi inter hoĩes officio: nec alienũ decet negocium occupare: quod etiã apostolus. j. Cor. xij. Docet membrorum officia distincta dicens. Sancti vero ⁊ singulari quadam occulta nobis gratia in conferendis beneficijs vtuntur singuli: ⁊ tamẽ ad cẽta ꝓut diuina ꝓmiserit bonitas ferre possunt auxiliũ preualet nichilominus quisq̃ in ea q̃ sibi singularit̃ cõmissa ẽ gratia. Ignorantes igitur nos quid quisq̃ sanctorum possit: ad oĩes (ne fallamur) orationem faciamus.

¶ Scõm documentũ est q̃ debemus nos plurimũ hũiliare. Mulier quidẽ canem se nominari audiẽs catellam se quoq̃ dixit. Intelligens nũq̃ satis posse creaturam in conspectu creatoris humiliari. Ideo dr̃ Eccli. vij. Humilia valde spĩm tuum: qr̃ vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. ⁊ Eccli. xiij. Humiliare deo et expecta man⁹ ei⁹. Et. j. pe. v. Hũiliamini sub potẽti manu dei. Solent qui petunt humilitatem exhibere. iuxta illud Eccli. xxix. Donec accipiant osculãtur man⁹ dãtis: ⁊ in ꝓmissiõibus humiliant vocẽ suã ⁊c. Neq̃ em̃ elatis facile cõmiserescim⁹: sz hũilitat⁊ ⁊ afflict⁊ aspectu.

¶ Tertiũ documentũ est q̃ debem⁹ constanter in fide atq̃ patienter perseuerare. Nam hec mulier patiẽtia fidei atq̃ perseuerãtia filie sanitatẽ obtinuit. Ideo dr̃. j. pe. v. Estote fortes in fide. ⁊ Apo. ij. Esto fidelis vsq̃ ad mortem: ⁊ dabo tibi coronam vite. patiẽtia vero cuncta vincũtur. nam curiales multa terunt in patientia longissimũ vite tempus: vt aliquid tandẽ beneficij referant in fine dierũ. Seruitores quoq̃ dominorum feroces iniurias taciti perferũt atq̃ molestias et quandoq̃ baculeos ictus patiẽter excipiunt: vt tandem bonis potiri valeant quibuscũq̃. Sic agricola teste iacobo. Jaco. v. ¶ Patienter estum labore mq̃ tollerat expectãs messis optimum fructum. Sic miles feror abditus nocte siluis niue ymbreq̃ perfusus: patiẽter incauti hostis vel mercatoris expectat aduentum: donec ve

luti leo surgens ab antro cõcupitam rapiat predam.ps.ix. Sedet cum diuitibus in occultis:vt interficiat ĩnocentem:oculi eius in pauperem respiciũt:insidiatur in abscõdito quasi leo in spelunca sua ⁊c̃.

¶ Sed hic queritur vtrum importunitas iuuet ad impetrandum. Ad elucidationẽ huius questiõis pono tres propositiones.

¶ Prima. Que predestinata nõ sũt nulla possunt perseuerantia oratiõis impetrari. patet per alle.c. obtineri. xxiij.q.iiij. Neq; enĩ deus vt homo flectitur importunitate petentiũ.j.reg. xv.quia deus nõ mutatur. Mala.iij. Nec quisq; potest auertere cogitationem eius. Job.xxiij. Quia consilium domini manet ĩeternum:⁊ cogitationes eius in omnes generationes. ps. xxxij. Nam diuina volũtas est prima ⁊immutabilis omnium causa: atq; inflexibilis linea:ad quam oportet omnes creaturarum volũtates ordinari

¶ Secunda ꝓpositio importunitate siue perseuerantia fides probata que non nisi perseuerantibus conferenda sunt promeretur:nõ enim pseueraret si desperaret aut fide careret: dũ igitur diuinam expectat patienter gratiam probatur fidelis: qua probatiõe meretur quod optat accipere: saluandos etenim vsq; in finem perseuerantes dominꝰ dicit Math.xxiiij. Perseuerantia vero non nisi fidelium esse potest. Infidelis autem cum quis efficitur orare desit. quid eĩ oraret quod nõ se crederet accepturum. Sunt igitur nõnulli qui consumptis aliquibꝰ annis vel diebus in oratione:dum nihil inde fructus percipiunt ab omnimoda fidei stabilitate cadũt: inanem tanti temporis laborem existimantes quo nihil lucri se retulisse cognoscũt dicẽtes cũ petro per totã noctẽ laborantes nichil cepimus. Luc.v.⁊ Job xxj. Quid nobis prodest si orauerimꝰ illũ? Tunc fractis habenis diuini timoris per omnia peccatorum iuga se se precipites dedunt:eo effrenatiꝰ ceteris quo nichil esse quod timeant arbitrantur. Perseuerantes vero fidei meritum cum patientia referunt quasi fructum in patientia centesimum. Luc.viij. Et ad hũc sensum intelligimus quod dicitur Luce.xj. de amico petẽte panes quos importunitate meretur accipere. ⁊ illõ Qui. Flectitur iratus voce rogante deus. Exemplo moysi qui deũ precibꝰ placauit. Exodi.xxxij.⁊ cetera si que talia reperiantur:vt pertim de helya legitur q; meruerit suis precibus claudere celum atq; aperire. Jacobi vlti. ⁊.iij. regũ. xvij.⁊.xviij.

¶ Tertia propositio. Perseuerantia orationis deum honorans fidemq; probans auertit hominẽ a peccatis:⁊ ad proximiorem dei dilectionem adducit. Nam ob diuinum honorem christus in oratione dicitur pernoctasse. Luc.vj.⁊ Actu.j. dicitur q; apostoli erant vnanimiter perseuerãtes in oratione. Multi igitur sunt qui ſm gre. de.pe.di.ij. bene incipiunt et qui male finiũt:sicut galathis exprobrat apostolus dicens. Sic stulti estis vt cum spiritu ceperitis nunc carne consummamini:cui accedit illud. Lepisti melius q; desinas vltima primis cedunt. dissimiles hic vir et ille puer vir ẽ dũ bñ operat. Puer dum resilit a bene ceptis. Ideo male dicitur cẽtum annorum puer. Esa.lxv. Contingit autẽ triplici defectu orationis desertio: videlicet aut animi fragilitate ⁊ incõstãtia:prout in plerisq; experimur. qui licet appetant: nequeũt tamen diutiꝰ orationi vacare: quorum nulla est culpa. vel id accidit ex ĩpatientia seu indignatione que superborum est cõditio, qui dignos sese rei quã petierit rentur ĩpetratione/quam vt differri sentiunt indignãtes ab oratione recedũt:vel id accidit torpore ⁊ desidia qua superatur iners quis animꝰ:quo modo dicitur petrus a domino repre hẽsus/eo q; vna hora nõ potuisset cũ domino vigilare.

¶ Fe.vj.post p̄mā dñcam in.xl.

Multi bellantes aduersum me. In hodierno euangelio quod sumitur Joh.v. habemus ꝙ hierosolimis est piscina ꝓbatica in quā descēdens āgel⁹ tpe statuto mouebat aquā quā prior ingrediens sanabat̄ a q̄cūq; detinebat̄ īfirmitate. Gl̄iosam ꝟginē mariā hac sig̃ri piscina nō erit incōgruum q̄ limpidissimas ꝯtinebat aquas sapiētie salutaris cui dr̄ Oculi tui sicut piscine in esebon. Can.vij.⁊ Canti.v.dr̄ Oculi tui sicut colūbe super riuulos aquaꝝ q̄ lacte sunt lote et resident iuxta fluenta plenissima. Sic oculi marie iugiter iuxta fluēta scripturarū versabātur. Quinq; porticus hēbat piscina: sic quinq; litteris nomen marie cōprehenditur quinq; dignitates ī ea significātibus: in quarum sinu: multi languentes peccatores refugium habent: videlicet in m. mia/in a. amicitia/in. r reuerētia/in i. innocentia/in a. vltimo abūdātia: scz gratiarū. In hanc piscinā descendit angelus testamenti xp̄s seu spūssctūs mouēs animū ꝟginis ⁊ substantiā ad cōceptionē filij dei: in cuius fidem q̄cūq; descenderet saluaret̄ ab omni infirmitate. ꝗ vt sanari mereamur ip̄am gloriosam ꝟginē salutemus Aue ma.

¶ Multi bellantes ⁊c̄. Impositis in classem nobilibus ad iudices veniendum est: qui cum in conspectu imp̄atoris venissent īduti veste talari: ⁊ capucijs onusti mulis deuecti velut inutiles bello despecti sunt: quid em̄ inquit imperator vos putatis conducere bello cum his lōgis vestibus ⁊ onerosis capucijs vestris? Vos quidem assueti legibus ⁊ iusticie nihil contra sanctā dei legē facturi estis. Quib⁹ verbis irritati iudicum electus orator in hec ꝟba prorupit. Nec dedigneris iniustissime princeps nos fidelissimos tue perditissime maiestatis ꝟuos qm̄ hijs vestib⁹ atq; caputijs peiora committimus contra sanctam dei legem flagitia ceteris armigeris tuis. Imprimis officia nr̄a pecunijs emere vel fauoribus obtinere cōsueuim⁹: nec putes nos legum amatores/quas etiam ignoramus. Hoc obstat quod dicitur. C. de epi. au. l. nemo ad forū magnitudinis vel cōsortiū togatorū accedat: nisi catholice religionis fuerit imbutus misterijs. Et illud quod dicitur in cle. de magistris. c. ij. ꝙ nimis est absurdum ꝙ quis cum imperitia ad honorem ascendat litterarum. Nos autem quia ignari iuris sum⁹: sētentias consueuimus ferre cornutas.

¶ Item consueuimus dona capere ad iusticiam corrumpēdam. Nec obstat quod precipitur Exo.xxiij. Non accipies munera (q̄ excecant) prudētum: ⁊ subuertunt verba iustorū. Qd replicatur Eccl̄i.xx. Et ꝓuerbiorum xvij. Munera de sinu accipit impius vt peruertat semitas iudicij. Et Esa. xxxiij. dicit ꝙ oportet manus suas excutere ab omni munere. Nos autē volumus impleri scripturas que dicūt omnes diligunt munera: sequūtur retributiones Eza.j.⁊ Eze.xxij. dicitur Munera acceperunt ad effundendū sanguinem. ⁊ Michee.iij. In muneribus iudicabunt. Nec obstat quod dr̄ xj.q.iij. non licet iudici vēdere iustuz iudiciū: ⁊ c. qui recte. Ibidē. Nec attendimus ad ea que dicuntur in. l. solent. ff. de offi. ꝓcō. ⁊ lega. videlicet ꝙ licet encenia moderate accipere quia nos q̄ꝫto maiora offerunt̄ īmoderati⁹ accipimus: nec attēdimus ad ea que dicuntur in. l. plebiscito. ff. de offi. p̄si. videlicet ne quis accipiat munus nisi esculentū ⁊ poculētū: quod infra tres dies ꝓdigatur: qꝛ nos capim⁹ argētū ⁊ aurum/equos et mulas et quecūq; offerunt̄: ⁊ ab oīb⁹. nec curam⁹ exēplū samuelis q̄ laudat̄ abstinētia munerū. j. reg. xij. Neq; penā legis timemus q̄ corruptos pecunia iudices ab officio sūmouet: aut in exiliū relegat. ff. de pe. l. si quis aliquid. Nec curam⁹ ꝙ ꝓpter hoc degeneres ⁊ vilissimi reputemur per. l. quisq̄s. C. de postu.

¶ Item ꝓtelare lites peneq; īmorta

les reddere nouimus vt ad inopiã litigãtes deducam⁹: ⁊ eoꝝ nobis opes aciscamus vt impleat̃ scriptura. Michee.iij. Nunq̃d nõ est vr̃m nosse iudiciũ: q̃ odio habetis bonũ ⁊ diligitꝫ malũ: qui violẽter tollitis pellẽ desuper eis: ⁊ carnẽ desup ossib⁹ eoꝝ: ⁊ comederũt carnem populi mei ⁊c̃. Nec obstat quod dr̃ in.l. ꝓperandũ.C.de iudi. ꝙ lites nisi fiscales non debẽt excedere triẽniũ: ⁊ ꝙ nõ ĩuenit̃ tã ꝓcax q̃ possit ĩuito iudice litẽ ꝓtelare. ⁊ ibidẽ.l.apertissimi dr̃ ꝙ lites nõ debent in infinitũ extẽdi. Nec obstat ꝙ lites sunt potius restringende q̃ꝫ laxande. extra de do. ⁊ contu.c.finẽ. ⁊ extra de sen. ⁊ re iu.iurgantiũ. Nos aũt extendimus pellem vt comedam⁹ carnem. In laberinthũ venit quisq̃s ad lites ingreditur. Item corrumpere feminas que causã hñt nr̃o iudicio terminãdã spe fauoris cõferendi consueuimus/ ⁊ pupilloꝝ hereditatẽ: ceterorũqꝫ egenoꝝ possessiones nobis pignore datas ad expeñ. litiũ vili precio mercare: vt ĩpleat̃ illud Job.xxiiij. Agrũ non suũ demetũt et vineã ei⁹ quam vi oppresserunt vindemiant. Item fauore potentum vel amicorũ iniustã ꝓferre sñiaꝫ nihil formidam⁹: dãnare pauperes et liberare potẽtes. Juxta illd̃ Juue. Dat veniã coruis: vexat censura colũbas. Nec obstat qd̃ dr̃ Leuiti. xix. Nõ facies qd̃ iniquũ est: nec iniuste iudicabis. nõ cõsideres ꝑsonã pauperis: nec honores vultũ potẽtꝫ. iuste iudica ꝓximo tuo. Nec obstant oĩa q̃ dicũtur de sentẽtia iudicis q̃ male iudicauit. Nã leges esse telis aranearũ similes dicebat solon/ in quas si quid imbecillũ inciderit cõuoluit̃ ⁊ ꝯtegit̃ si quid vero forte nõ tenet̃ sed ꝑrũpit telam. Sed hic querit̃ vtrũ iudices ⁊ dñi ꝯsiliarij parlamẽtei possint dona recipere: ⁊ vtrũ possint saluari. Ad ꝑmã questionẽ pono tres ꝓpositiones.

¶ Prima que liberaliter nullo interueniente cõmẽto sed simpliciter offerũtur a iudicibus recipi pñt: neqꝫ em̃ peioris cõditionis iudices esse debẽt hoĩbus ceteris: qui quodlibet liberaliter oblatũ munus recipere possunt: qꝛ donatio nulli disconuenit earũ cõpoti rerũ que donãtur/ mõ tñ donatiõis obtineat sincerã rationẽ: videlicet vt nulla alia tribuat cã nisi liberalitatis et munificentie: vt.ff. de dona.l.j.

¶ Scd̃a ꝓpõ esculenta ⁊ poculenta vl̃ que hijs facile pñt comparari. pñt a iudicibus acceptari vt habetur ĩ.l. sonant.ff.de offi. ꝓcõ. ⁊ legati. ⁊ in.l. plebiscito.ff.de offi.presi.supra alle.

¶ Tertia ꝓpõ. dona queuis intẽtiõe corrũpendi iusticiã: nec dare nec recipere licet vt supra ꝓbatũ est. Refert plutarchus ꝙ cũ alexãder misisset cẽtũ talenta: interrogauit phocion quare potius ad eum q̃ꝫ ad ceteros athenienses hoc mun⁹ mitteret: qui dixer̃t qꝛ eũ solũ probũ alexãder existimaret rñdit phocion: sinat me ergo ⁊ esse ⁊ videri talẽ. ¶ Ad scd̃am questionẽ: videlicet vtrũ officiũ iudicũ sit salutare Rñdeo per tres ꝓpõnes. ¶ Prima. Qui scientia probitateqꝫ fulgentes ad iudicia liberaliter assumũtur salutarẽ vident̃ statũ cõsecuti. Indoctos igitur atqꝫ improbos iudicij tenere sedem dãnabile est. iõ q̃rẽdo dr̃ Eccl̃s. iij. Vidi in loco iudicij impietatẽ. ⁊ in loco iusticie iniquitatẽ ⁊ dixi iustũ ⁊ ĩpiũ iudicabit dñs: ⁊ oĩs rei tũc tẽp⁹ erit. Bti aũt qui faciũt iudiciũ et iusticiã. ꝑs.cv. Nã ꝓpter hoĩm maliciã necessarij sũt iudices atqꝫ vngule carnificis: vt dr̃ in.c.non frustra.xxiij.q.v. Cõgruit autem bono presidi id agere vt prouincia sit pacata ꝑ malorum punitionem hominũ.ff.de offi.presi.l. congruit.

¶ Secunda propositio. Judicij emẽtes officium vel presumptuosi vel auari probantur: et statum vix salutarem sortiuntur: neqꝫ enim quisq̃ꝫ emit officium nisi vel honoris vel lucri gratia. Cum autem iudicis officium gratis exhiberi debeat: gratꝫ etiã cõferri dignũ est: alioq̃n preciũ officij iudex extorq̃bit ab hijs q̃b⁹ gratis debuit suũ officiũ ĩptiri: qꝛ nõ licet iudici vẽdere

iustũ iudiciũ.xj.q.iij.non licet. Non sunt igitur vendenda nec emenda iudicia. Quis eñ nõ itelligat precium officij porrectum principi a subditis extorquẽdum per venalem iudicis sẽtentiam: venale cõsequẽtẽ officiũ/ venalis princeps: venalẽ reddit iudicẽ: & venalis iudex venale iudicium: qñ et aiam suã habet venalem. Eccli.x.

¶ Tertia ppõ. Mali iudices ab eterno iudice durius iudicãt. vñ Sap.vj Audite quib⁹ data est potestas ab altissimo, qñ cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis: nec custodistis legem iusticie. Horrende & cito apparebit vobis qñ durissimum iudicium in hijs qui presunt fiet: & potentes potenter tormenta patientur. nũc ꝙ vidẽs sancta dei lex tot iudices ii quos contra se armatos (qui oñia recta peruertũt. Michee.iij.) Digne dicit ꝙba sumpta ꝓ themate Multi bellãtes aduersũ me. Et hoc de ꝑma pte

¶ Multi bellãtes aduersum me. ps. lv. Ad hanc secundam partẽ sermõis ex euãgelio tria sumimus documẽta. videlicet q infirmorum debemus misereri et eos iuuare.

Scõo q debem⁹ i principio peccata deuitare.

Et q debemus in futurum nos a peccatis preseruare.

¶ Circa primũ dr: q ihesus vidẽs illũ pauperem infirmũ. xxxviij. annos habentem in infirmitate sua sanauit eũ. Sic & nos vidẽtes infirmos corpore destitutos auxilio iuuare debemus. Nõ expedit quidẽ habẽtibus plures seruos auxiliũ ferre: sed carentibus auxilio ꝓut xps fecit ei qui hoiem nõ habebat qui iuuaret eũ/ multomagꝯ debemus compati infirmis animo. & presertim qui non habent adiutorem salutis: veluti principes qui quo magis abundant auxiliarijs ad ea que sunt corporis eo plus egent adiutoribus ad ea que sunt aie. grauissimã curialium turmã possidẽt ad oia: preterꝙ ad principis aie salutem paratam. Oim etiã minimaꝙ rerum cura gerit summa: qđ ꝙ preciosius est oibus oino negligitur. Consiliarios regni multos habet: sed si principem interrogaueris: vis a pctis & vicijs sanus fieri? respondebit hoiem nõ habeo. quõ dicis te hoiem nõ habere qui milites tãtos fera gerentes bella possides? Respondebit hoiem nõ habeo. Sed quõ nõ habens hoiem qui tot corporis habes custodes gladijs accinctos et securibus/ die noctuꝙ grauatos? dicet hoiem nõ habeo. quõ nõ habes hominẽ qui tantã nobilium turmã nutris? dicet hoiem non habeo. Sed nũquid non sunt hoies magistri domus: thesaurarij/ receptores/ seruitores camere/ mangones: & ceteri tuis nutriti stipendijs? dicet hoies quidem sũt: sed non habeo ex eis neꝙ vnũ qui salutis aie ꝙbum ꝓmat. qui mea michi vitia pandat: qui me ad diuinũ amorẽ impellat. ergo misereamur pauperrimorum principũ: qui i pctis vsꝙ ad mortẽ senescunt/ nec habent se iuuantem. quos nisi diuina preuenerit gratia in suis (heu ꝓthdolor) pctis morientur.

¶ Scõo monemur ex euãgelio pctã cito purgare: q dr. homo hic. xxxviij annos infirmitatẽ habuisse. ideo grauior sanatio ei⁹: q vt dr Eccli.x. Lãguor plixior grauat medicũ. & ecõuerso Eccli.x. Breuẽ lãguorem precidit medicus. Sic etiã tanto sunt grauiora pctã cõto diutius infelicem aiam detinent alligatã. extra de sĩmo. cum in ecclesie corpore. & ibidem. c. non satis dr: q diuturnitas non minuit peccatum sed auget. vnde Oui. de reme. Dum licet & modici tangunt pcordia motus: si capis in ꝑmo limine siste pedem. Opprime dũ noua sunt subijce mala semina morbi. Nam mora dat vires teneras mora percoquit vuas. Et validas segetes que fuit herba facit. Que prebet latas arbor spaciãtibus vmbras: quo posita est primũ tpe vga fuit. Tunc poterat manibus sũma tellure reuelli. Hunc stat imensa virib⁹ aucta suis. Principijs obsta: sero medicina paratur. Cum mora ꝓ longas

contualuere moras. vidi ego quod primum fuerat sanabile vulnus: dilatū longe dāna tulisse more. Sed ꝓpera nec te venturas differ in horas. Qui non est hodie: cras minus aptus erit. vñ ps. xlv. Adiuuabit eam mane diluculo. i. in principio anteq̄ pctm vires sumpserit: q; tunc est difficile affueta relinquere. vñ dr Hiere. xiij. Si pōt ethiops mutare pellē suā/ et pdus varietates suas: et vos poteritis bene facere cū didiscerit; malū. Ratio est q; vt dr deutero. vlt. Sicut dies iuuētutis tue: sic senectutis. Nam pctōr finibus pctōr constringitur. puer. v. et ligatur in alis. Osee. iiij. vnde Grego. cum culpa in vsum venerit ei etiam si appetat animus debili⁹ resistit: quia quot vicibus praue actionis astringitur: quasi tot vinculis ad mētem ligat hec. iiij. mo. c. lxxiij. Ideo dicit ff. de no. ope. nū. l. de pupillo §. si qs forte. q; confestim nūciādū est ei qui nouū opus facit vt discedat ab eo: alis nūciatio incōmodū patit. sic pctō mutanti nouā faciem edificij: scz innocētie aīe est nūciādū q; recedat alis possessionē capiet. et sic mora periculū afferet: vt dr i. d. l. de pupillo. vñ Lucanus. Tolle moras: semp nocuit differre paratis. vnde ꝓsper li. epi. ha ꝓperent fontes pctī abrumpere nodos ante diem mortis. dū locus est venie: qd iuuat in longū causas producere morbi? Cur dubium expectat cras: hodierna salus. Scim⁹ correctis veniā nō esse negādam. Sed nulli nostrū est vltima nota dies.

¶ Prima. Ab obediētia prelati legitime instituti recedere ē impiū.patet per.c.j.di.xij.vbi dicitur/ꝙnon decet a capite membra recedere. Idem habetur de conse.distin.iij.celebritatem et extra de baptis.maiores.dicitur ꝙ non licet caudam a capite separare et extra de preben.et dig.maioribus dicitur ꝙ maioribus in sua integritate manentibus: indecorum est vt in minorib⁹ sectio videatur. Idcirco sicut in magnis ita etiā in minimis mēbris suis firmam ecclesia habeat vnitatem Indecorum est igitur fratres minores et ceteros mendicantes qui sunt minima eccl̄ie mēbra suorū prelatorū fugere obedientiam regularē ⁊ exemptionibus vti / cū ceteri maiores suis episcopis etiam discolis obedientiam prestent indiuisam / aut bene aut male faciunt fratres / qui suis ministris obedire recusant ⁊ vicarios impetrarunt / si male ergo resipiscere debent iuxta illud.esa.j. quiescite agere peruerse discite bene facere. si bene.ergo omnes alij sequi debent eorum exempla/ ⁊ sic scindetur ecclesie vnitas.qd̄ prohibetur. xxiiij.q.j.loquitur.et.ca. scisma.c.quicunq; extra de elec. significasti.§.aiunt.C.de sum.tri.l.j.

¶ Secunda propositio Mala precipientibus vel que facultatē suam vel nostram excedunt / obedire non tenemur:quia obedire oportet deo magis q̄ hominibus act.v.⁊ di.viij.que contra mores.dicitur. Sicut enī in potestatibus humane societatis maior potestas ad obediēdū minori preponit̄/ ita deus omnibus. vnde.ij.machabe. vij.non obedio precepto regis/ sed legis.imperabat rex quod vetabat lex. mori igitur elegere machabei fratres q̄ legē transgredi / quia plus amabāt legem q̄ timerent regem. Et glo.sup illud. roma.xiij.qui resistit dicit.maioribus esse parendum potiusq̄ minoribus. Ergo magis creatori q̄ imperatori. concor.ca. imperatores di.ix. vbi dicitur quicunq; legibus imperatorum que contra legem dei feruntur obtemperare non vult acquirit grande premium. Patet igitur ꝙ nūq̄ debet per obedientiam malū fieri. vt dicitur.xj.q.iij.quid ergo.⁊ extra de appella.sollicitudinem.dicitur ꝙ si mandatum episcopi est notorie iniustum: non debet subditus obedire.

¶ Secundo non tenetur obedire prelato in hijs que excedunt auctoritatē suam.vnde extra de tēpo.ordi.⁊ quali.ordi.c.dilectus filius.corripitur ille episcopus qui obediuit archiepiscopo suo in eo ꝙ non poterat ei secundum canones precipere.concor.cap. admonendi.ij.q.vij. vbi dicitur. Admonendi sunt subditi/ ne plusq̄ expedit sint subiecti:ne cū studēt plusq̄ necesse est hoībus subijci ꝯpellant̄ vicia

eorum venerari.cõcor.c. cum ī eccle-
sijs. extra de maio.⁊ obe.

¶ Tertio non est obediẽdũ qñ pre-
ceptũ transcendit vires:qz impossibiliũ
nõ ẽ obligatio.ff. de reg.iu.ĩpossibiliũ
ideo si papa p̃ciperet cõtinentiã nõ li-
gat:quia continentia suaderi potest ĩ-
pari non põt.xxxj.q.j.integritas. nec
potest papa ĩducere vitam strictiorẽ
alteri contra suã voluntatem. lxxiij.
di.gesta.hec no.panor.in.c.cum olim
de cle.con. In tribus autem casibus
non esse obediẽdum pape.

¶ Primo qñ preceptum sapit pctm̃
vt no.panor.in.c .inquisitioni. de sen.
excõ.quod itelligitur etiam devenia-
li.xl.di. ī summa. etiã si papa putaret
cõtrariũ:vt in.c.litteras.de resti.spo.

¶ Scõo non est obediendũ pape qñ
presumeretur ecclesie perturbatio, vl̃
magnum oriri scandalũ:nec in tali ca
su est timẽda eius excõicatio: vt dicit
panor.in.c.si qñ. ⁊ in.c.cum a deo. de
rescrip. Ratio est quia quod ꝓfertur
contra vtilitatem publicã et ius : non
valet.C. de sacrosanc.eccle.l. iubem⁹
nã pl⁹ ẽ iusticie obediẽdũ/q̃ pape: qz
ꝓ iusticia est vsq; ad mortem certãdũ
Eccli. iiij. nã papa potest errare. xl.
di.si papa.nec debet destruere ea que
priores pontifices instituerũt. xxv.q.
ij.vbi dicit greg. Si ea destruerem q̃
alij antecessores nostri statuerunt: nõ
cõstructor sed euersor esse comproba
rer testante veritatis voce. Oẽ regnũ
in seipo diuisum desolabitur et omis
sciẽtia ⁊ lex aduers⁹ se diuisa destruit

¶ Tertio non est obediendum pape
qñ precipit(vt dictũ est)artiorem vitã
nolenti videlz continentiã:vel religio
nem ⁊ similia. ¶ Item quarto non est
obediendũ pape quando falsa motus
suggestione aliquid precipit: vt in.c.
si qñ.extra de rescrip. Ratio est qz nũ
q̃ intendit papa aliquid facere con-
tra iusticiã.extra de off.⁊ po.iu. dele.
super eo.⁊ in.c. exposita.de arbi.nam
iudiciũ ecclie nõnunq̃ opinionẽ seq̃t
quã et fallere ⁊ falli sepe contingit.iõ
sententia pontificis non negat posse
in melius cõmutari. extra de resti. in
integ.tũ ex litteris.§.j.p̃sertim cũ sur
reptus aliquid fuit. idem hẽs in.c.cũ
olim de sen.⁊ re iu.

¶ Tertia ꝓpõ. Malos prelatos ⁊ ec
clesiam scãdalizãtes si incorrigibiles
fuerit'per eos ad quos negocium spe-
ctat/deponi facere iustũ est. patet.qz
si relinquantur in regimine destruent
quicquid est edificatiõis in eccl'ia dei
Et primo quidẽ locũ occupãt frustra
nõ exercentes put decet officiũ quod
sustineri non debet. Si eñ vacãs offi
ciũ nõ diu relinquitur sine officiario/
quare deseri debet officium quod in-
utilem habet officiariũ: Desertũ est
enĩ officiũ quod inutili occupat admi
nistratore. Secũdo sua malicia nocet
sicut qui verbo opere ⁊ exẽplo ad ma
lum,puocat subditos:hos tñ prelatos
dñs regnare p̃mittit propter pctã po-
puli Job.xxxiiij.⁊.viij.q.j.audacter.

¶ Scõm documẽtũ est q; q̃ p̃cipim⁹
alijs obseruare debem⁹ vt dixim⁹ ĩ pri
ma ꝓpõne q̃stionis.vtrũ p̃dicator teneat esse pfectior ceterꝫ ĩ sabbato p̃ce
dẽti. Sꝫ vltra illa hẽs alia q; q̃ ꝓbo q;
p̃latus viuẽs male et docẽs bene tria
mala facit. Primo officio abutitur.
Secundo in verbo despicitur.
Tercio a domino grauius iudicatur.

¶ Primũ patet qz officiũ prelati est
docere verbo ⁊ exẽplo vt in allegatio-
nibus q̃stionis predicte sabbato prece-
dẽti/declarat Ideo qui multarũ re
rum ptãtem habet/primũ debet pur-
gare ꝓscientiã. vt qui delicta corrigit/
nõ admittat. stultũ est vt quis impare
velit / cũ sibiipsi impare no possit. hec
socrates. cõcordat textus in proemio
ff. ve.§.vlti. vbi dicit. q; oportet prius
aias deide liguas fieri eruditas. ⁊ gre
gorius super Eze. Home. iij. Sermo
dulcedinẽ nõ habet:quẽ vita reprobat
infra cõscientiã remordet. vnde neces
se est vt qui verba dei loquitur/prius
studeat scire qualiter viuat. vt ex vita
colligat/q̃ ⁊ qualiter dicat. Idẽ Ho-
me.x. dicit q; ad predicandũ plus cõ-
scientia sancti amoris edificat. q̃ exer

citatio sermonis. qui enim vitam suã interi⁹ pensat/exiens foris ammonendo alias edificat/quia corde lĩgue calamum tangit in eo quod manu verbi proximis scribit. Idem Home.xj.predicatoris vita semper debet in alto fixa manere/vt more narium discernat fetores viciorum odoresq; virtutum. Idem in pasto. Si negligis implere quod doces/ipse alijs messẽ seminas: et a frumenti participatione ieiunas.

¶ Scdo male viuẽs p̃latus in verbo despicit̃ Ideo dicit̃ in hodierno euangelio: dicũt enĩ ⁊ nõ faciũt. alligãt onera grauia in humeris hoĩm ⁊ ip̃i ea digito nolũt mouere. qd̃ recitat̃ in.c.alligant.xxvj.q.vij.vñ ambro. sup illud eccl̃iastes vlt. verba sapiẽtũ quasi stimuli dicit delicata est doctrĩa. pugnãti ictus dictare de muro: ⁊ cũ ipse vnguentis delibutus sit cruẽtum militẽ accusare libidinis. Idẽ ad pãmachiũ Delicat⁹ magr̃ est q̃ vẽtre pleno de ieiunijs disputat. accusare auariciã et latro potest. sacerdotis christi os cum mẽte cõcordet. Idẽ.xxxv.di.c.eccl̃ie principes. dicit An nõ cõfusio ⁊ ignominia est Iesum crucifixũ paupem ⁊ esurientẽ farsis p̃dicare corpibus ⁊ ieiuniorũ doctrinã rubẽtes buccas tumentiaq; ora pferre. Et frãciscus philelphus. Ebrius in vinũ rigidos iaculat̃ elencos. Qui timet audaces superat sermone gigãtes. Iusticiã laudat iuriq; aduersus et equo Religione vacans supos quos ridet honorat. Sed nota q̃ nullus potest in alio mores reprobare quos in se approbat. C. de in offi.te.l.in arenã. sic maritus adulter nõ potest vxorẽ adulterã accusare. ff. ad leg.iu. de adult.l.si vxor.§.iudex. et ibidem in fi. dicitur q̃ ille qui duxit vxorẽ stupratã si postea voluerit accusare non potest/qr probare videtur factũ ex despõsatione. Ideo dicitur. ij.q.vij.nos si incompetenter. Si nos qui debemus aliena peccata corrigere peiora cõmittimus/certe non veritatis discipuli/ sed pre ceteris erimus erroris magistri. q̃obrẽ vt dicitur. ff. quod quisq; iuris in aliũ statuerit debet eo vti al̃as vt dicit gre. Cuius vita despicitur restat vt eius predicatio cõtemnatur. vnde ꝓsper in li.epigra. non prodest cuiq̃ bõa solis dicere verbis: ni pia mẽs habeat quod bene lingua sonat. Nam fari recte miserũ est: ⁊ viuere praue dãnat. Et philosoph⁹ ij.moralium. capitu.vj. incontinentẽ habentem honestorum scientiam ⁊ inhonesta perpetrantem comparat dormienti/qui cũ habeat scientiã nõ exercet eam. Idem.ij.mo.c.x. dicit nõ eũ esse felicẽ qui habet scientiã/ex quib⁹ constet felicitas sed eũ qui habet vsũ earum rerũ quibus cõflatur felicitas Ideo dicit prosper in li. de vita contẽpla. q̃ predicator non in verborũ splẽdore sed in opum virtute totã virtutẽ predicandi ponat/qm̃ augustino teste super illud Joh.x. fures sunt qui verba dei loquuntur male viuẽtes. quos prosper. in li. de vi. contem. assimilat falsis mercatoribus mentiẽtibus mẽsura maiore que emunt ⁊ minore q̃ vẽdunt. Sic quidã prelati auaricie ⁊ voluptatis mẽsura vtentes nimie parcitatis vasculo subiectis ministrãt: ipsi vero pleno superfluitatis vtentes modio. parcitatẽ predicãt subiectis. sed ipsi voluptatẽ sequũtur. Ideo suadet seneca dicens Oratorẽ te puta si tibi ante oẽs psuaseris quod oportet. nichil enim turpius q̃ quod obijcit̃ in obijciente cognosci.

¶ Tertio bene docẽs/⁊ male viuens grauius iudicat̃. qr durissimum iudicium in hijs qui presũt fiet sap̃.vj. Et criso.xl.di.multi. dicit bene viuendo ⁊ bene docendo populũ instruis quomodo viuere debeat. bene autẽ docendo. ⁊ male viuẽdo deũ instruis quõ te debeat condẽnare. Ideo reprehendit dñs malũ predicatorem dicẽs/ quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentũ meũ per os tuum: tu vero odisti disciplinã: ⁊ sermões meos proiecisti retrorsum ⁊c̃. sequitur. Arguãte ⁊ statuam contra faciem tuam p̃s. xlix. ante faciem predicatoris statuet

deus iudicia que ipse pnunciauit ore proprio ceteris / et secundum ea que alijs comminatus est iudicabitur. cui dicet dñs. ex ore tuo te iudico serue neqꝫ / qui eadem cõmisisti que in alio reprehendisti / roma. ij. adulteros / fures ebriosos elatos hipocritas superbos / inuidos / detractores / auaros / cupidos / vindicatiuos / pigros damnandos igne ppetuo iudicasti. Tu ergo similiter similia perpetrans iudicaberis. patere ergo legem quã tuipse tuleris. Nam licurgus qui lacedemonijs leges dedit / eas primus seruauit vt refert Justinus. li. iij. Sed nunc pleriqꝫ dicunt sufficere leges dare seu predicare / quas auditores tantum modo teneãtur obseruare. Sed dicitur. ¶Pallas quas condidit artes / ipsa colat.

¶Terciũ documentũ est q nõ debemus mũdi gloriã ambire / qr hoc dñs arguit in hodierno euangelio dicens Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. dilatãt enĩ philacteria sua ꝛ magnificant fimbrias. Amãt primos recubitus in cenis et primas cathedras in sinagogis. ꝛ salutatiões in foro. ꝛ vocari ab hominib⁹ rabbi: q̃ profecto hodiernis temporibus ambitio et inanis gloria fere cunctos arripuit prelatos atqꝫ doctores. Nã quot quot doctoratus attingunt apicem ꝛ legem alijs predicãt: seu qui prelationis ascendunt verticẽ: vel qui sanctitatis pretendunt speciem / vix hac pessima carent peste. ¶Plures autẽ aperto glutiunt ore hijs rebus inanem mũdi gloriã: cuius gratia quicquid elucet foris efficiunt.

¶Feria quarta post secundam dñicã in quadragesima.

Multi bellantes aduersum me. ps. lv. Veniſſe hodie mĩem pro filijs dignitatẽ petere in xpi curia refert euangelium. matthei. xx. non est autem femina queuis aut vir potẽs aduocatiõe fungi gratiore apd deum ipsa gloriosa virgine matre dei ꝛhominis / cuius patrocinio sedem ad christi dexteram die iudicij nos habituros confidamus. Ad sinistram illic nullus electoꝝ sedem habiturus / nec ad dextram reproborũ vllus. In hac tamẽ vita quosdã electos ad sinistrã tribulationũ videmus cõstitutos / ꝛ reprobos ad dexteram psperitatis collocatos / quos profecto sedes mutare quandoqꝫ erit necesse. mutabis (inquit. ps. ciij.) eos ꝛ mutabunt / cũ ruboꝛe descendet ad locũ nouissimũ qui superba psumptione sese ingessit in locum primũ. lu. xiiij. iuxta illud criso. xl. distin. multi. qui querit primatum in terra inueniet cõfusionem in celo. Vt igitur sedem ad christi dextrã omnes habere mereamur / ipsã piã mĩem interpellatricẽ p nobis offeramus. Aue maria.

¶Multi bellantes. ꝛc. Cũ audissent ciuitatũ rectoꝛes burgimagistri videlicet maioꝛes ꝛ scabini cunctos ecclesiasticos viros. nobilesqꝫ. ꝛ armigeros curiales. officiarios. ꝛ aduocatos cũ procuratoꝛibus atqꝫ notarijs / cũctosqꝫ iudices ꝛ thesaurarios in bellicam profectos classem coacto ptinus consilio decreuere ꝛ ipsi ne degeneres ab ceteroꝝ impietate viderentur ad exercitum contra sanctã dei legẽ prosiciſci. Cõmuni igituromniũ cõsilio sanxere: ipsos primo demũ certatim ceteros quosqꝫ plebeyos oꝛdine suo in classem adducere / pñtati sceleſtissimo imperatoꝛi grauis admodum turma rectoꝛum: hac breui sunt oratione vsi. ¶Cum nostras peruenit ad aures nefãdissime regũ rex omni ex gente tuam potestatem hoꝛrẽdam exercitum coegisse cõtra sanctam dei legem. dignũ censuimus in hoc tam detestabili bello nostram tue celsitudini deprimende opem ferre. qꝫobꝛem ꝛ nostros quoqꝫ plebeyos certatim ad te suo oꝛdine venturos aspicies / qui multis machinamentis possint diuinam confringere legem. Sed nos primum intelliges haud mediocria tulisse tela / qui-

bus omnē legis iusticiā perfodiam⁹.
¶ Imprimis corrupisse donis īstitutores nostros intelliges.qñ probitate nostra nūq̄ legislature fastigiū p̄hendissemus. Iniusti enim sumus atq̄ vicijs maxime dediti/quos supma iusticie fornix abhorret.quod igitur pedibus virtutū scandere culmē nō potuimus regiminis:hoc manib⁹ reptando atq̄ dona spargēdo cōscendim⁹. nec curamus quod dicit ecclīastici. vij. noli querere ab hoīe ducatū neq̄ a rege cathedrā honoris.⁊ noli q̄rere fieri iudex.nisi valeas virtute irrūpere iniquitates.ne forte extimescas faciē potentis ⁊ ponas scandalū in agilitate tua.nos autē volum⁹ impleat scriptura dicens prouerbio.penultimo. Stultus posit⁹ in sublimi:⁊ seruus cū regnauerit mouebunt terram.
¶ Itē postq̄ sumus in dignitate cōstituti q̄rimus quo nā pacto iniurias dudū nobis illatas vindicare valeamus q̄ diu potestas nostris in manib⁹ est:neq̄ enī dñi sum⁹ nisi anni vnius.
¶ Nec curamus illud leuiti.xix.non queres vltionē nec eris mēor iniurie ciuiū tuorū. Q⁊ nos volum⁹ verificare prouerbium dicēs. q̄ stultus accepto in manibus sceptro continua oīm percussione cognoscit.q̄obrē cūctos nostre partis emulos proscriptiōe dānis ⁊ morte dānamus.domos euertimus.⁊ pueros etiā aduersē ptis qñq̄ trucidamus. Q̄ia enim pro voto facere libet:qñ iura silent vigentib⁹ armis. Nec prodest iusticia fatuitate regnāte. Sapiētior enī sibi videtur stultus septē viris loquētibus sententias puer.xxvj. Jō magis expedit occurrere leoni in via q̄ fatuo potestatē habēti.vñ ecclesiastici.xxij. Cum stulto ne multū loquaris:⁊ cū insensato ne abieris.serua te ab illo vt nō molestiā habeas.deflecte ab illo ⁊ īuenies requiē arenā ⁊ salē ⁊ massam ferri facili⁹ est ferre q̄ hominē imprudentē ⁊ fatuū ⁊ impiū. Quod facile probāt facta sepius in italia: vbi pars partē supans cruēta cede prosternit:⁊ flandreñ gādeñ optimos quosdam obtrūcauere viros nobiles ac supma fultos auctoritate. Nec expedit tam romanorū facta recēsere/qui vix vllo tēpore ab cōciuiū cedibus quieuere.vt ex apiani aliorūq̄ scriptorū hystorijs edocemur
¶ Item nō reticendū est q̄ reipublice administratores omnē ad particularē cōmodū referunt vtilitatē. Nec curant tullianū illud q̄ oībus debet esse vnū propositū:vt eadē sit vtilitas vniuscuiusq̄ ⁊ vniuersorū.quā si ad se quisq̄ rapiat/dissoluetur ois humana consociatio:⁊ alibi idē dicit. Qui reipublice presunt/ duo p̄cepta platonis teneāt. Vnū vt ad vtilitatē ciuiū referant quicquid agūt. obliti cōmodū suorū. Alterū vt totū corpus reipublice procurēt/ne dū aliquā partē tuentur/alias deserāt:tutela autē ⁊ procuratio reipublice ad eorū vtilitatē quī cōmissi sunt nō eorū quibus est cōmissa gerenda est. Nā bonum publicū est preponendū priuato. vt supra in primo documēto sermōis p̄me dñice. xl.
¶ Item īpositiones exigēde pecunie principis vel patrie iussu nō equa lāce statuere:sed plus īponere/licet angustiorē foueat domū ei quē grauare velint.vel vt aliū vel alios quos fauore ꝓsequunt licet ditiores/min⁹ grauatos habeāt/ ⁊ quod in hijs maxime nephariū est/pauperū supellectilē rapiunt ad venūdandū exiguo p̄cio.vestes tenues:ac coopertoria lecti.cacabos/patellas/vasa ⁊ parū frumēti/q̄ forsitan pauper toti⁹ anni labore quo miserā foueret vitā cōparauit. Nec curāt quod p̄cipitur exo.xxij.vestimē tum pignoraticiū paupi nocte reddi eo q̄ non habeat aliud in quo dormiat:qui si clamauerit ad dñm exaudietur q⁊ misericors est dñs. Plura quidem alia sunt rectorū impia facta q̄bus potēter legē dei sese trāsgressuros iactabāt.p̄sertim inhibere mendicantibus ne bracatoria erigant/ne locatores minus precij reddāt/prout in nōnullis oppidis belgarū atq̄ in flandria fit:⁊ cogere sacerdotes ad īposi-

tionem prestandam ipsosq; pauperrimos mendicãtes nec curant exẽptos esse ab hmõi eccliasticos viros. C. de epi. & cler. l. j. hij enĩ pro nihilo ducũt ecclesie censuras: nec eas formidant leges q̃ ferrea non inducũt vincula: vel neq̃unt necare laqueo hoies.

¶ Sed hic queritur. Utrũ rectores opidorũ bene faciãt conseruando cõsuetas libertates. Ad elucidationem huius questiõis pono tres ꝓpõnes.

¶ Prima. Laudabiles ꝯsuetudines et que nõ sunt ꝯtra leges tueri virtuosum est & debitum. Patet: quia hoc tria bona faciunt. Primo veneratur predecessores legũ siue cõsuetudinũ bonarũ institutores/ qd̃ ad maiorum spectat reuerentiã atq; antiquorũ veneratione. qd̃ oñi iure decẽtissimũ cõprobatur. Nam licurgus honorari maxie senes instituit / quibus maior impendi honor potest nullus/ q̃ vt ab ipsis edita instituta inuiolabiliter obseruẽtur. Scõm bonum est q̃ ius reipublice tuentur: qd̃ etiam armis licite tueri potest. Si que ꝯo libertates in dispendiũ reipublice vergerẽt: hac ratione nequaq̃ fulcirẽtur. q̃obrem abolẽde poti⁹ essent/ nisi honore forsitan cõpensaretur hmõi detrimentũ. Tertium bonũ est q̃ sedatos atq; pacificos ex assueta legũ seu consuetudinum eruditione cõseruant subditos. In tumultu aũt sunt ꝯtinuo: quibus fixe nulle sunt leges: sed frequẽs eaꝝ est mutatio. vt ptz in populo romano legis agrarie/ & nõnullaꝝ aliarum promulgationis tempore.

¶ Scda propositio. Consuetudines legibus (diuinis pcertim) contrarias et eccliastice libertati derogãtes tueri impiũ est. Patz: quia ꝯsuetudo non debet veritati obesse. q̃obrẽ male cõsuetudines (q̃ potius dicunt corruptele) sunt radicitus euellende. viij. dist. vbi dicit Nicolaus papa. Mala consuetudo non minus q̃ perniciosa corruptela abijcienda & vitanda est. que nisi citius radicitus euellat. In priuilegiorũ ius ab impijs assumitur et incipiunt ꝓuaricationes & varie ꝓsumptiones celerrime non ꝓpresse ꝓ legibus venerari. Et ibi glo. dicit q̃ consuetudo nõ facit illud qd̃ est alias illicitũ/ licitũ. Et ibidẽ August. dicit veritate manifestata cedat consuetudo veritati: qr consuetudinẽ ratio et veritas semp excludit. Et ibidẽ Gre. in. c. si consuetudinẽ. allegat cipr̃ianũ dicentẽ. Quelibet consuetudo q̃tũuis vetusta: q̃tũuis vulgata: veritati oñino est postponenda: & vsus qui veritati est cõtrarius est abolendus.

¶ Tertia propositio. Consuetudines bonis moribus et equitati aut ꝓbitati contrarias tueri dãnabile est. Patet per supradicta. et ratione sic ꝓbatur. Quia si mala cõsuetudo pctm̃ nõ minuit/ sed auget. ex. de simo. non satis. sequitur q̃ defendens malã consuetudinem defendit pctm̃ & causam pcti/ qd̃ est diabolicum. Sunt tñ nonnulli adeo suis in corruptelis & ipijs libertatibus obstinati/ vt potius mortẽ velint excipere q̃ quicq̃ contra eorum priuilegia iniqua sufferre: et hanc ob cãm sepe tumultus exurgũt in ppl'o. cedesq; & innumera mala sequunt.

¶ Quo ad scdam partem sermonis ex euãgelio hodierno qd̃ habet Mat th. xx. tria sumimus documẽta vcz. Q̃ ꝑmatũ in terris ambire nõ decet. Scdo q̃ calicem tribulatiõis cũ ꝯpo nos bibere oportet.

Tertio q̃ alios ad indignationẽ prouocare non licet.

¶ Circa primũ dicit dñs respõdisse matri petenti pro filijs ĩmo ipsis filijs petentibus ore matris. Nescitis quid petatis. Ignorat ꝓfecto quid oneris quid angustie/ quid sollicitudinis/ qd̃ distractionis/ quid inuidie/ quid periculi/ quid inimicitiarum/ quid rixe/ quid detractionis/ qd̃ occasionis peccati/ quid seruitutis/ quid deniq; totius calamitatis petat: qui ꝑmatum inter hoies petit. quẽ qui habuerunt nõnulli sapiẽtiores reiecerunt. Legitur in herodoto/ q̃ quidam sidonij regnũ ꝓ ephestionẽ oblatũ recusauere:

quia nõ essent regali sanguine orti/qõ postea traditũ abolomino q̃ hoc munus minime sperabat:eo q̃ eẽt sanguine regio.qui interrogat⁹ ab alexãdro q̃ patientia tulisset inopiã/rñdit. Vtinam eo aio regnum pati possim.

¶ Sed hic queri. Vtrũ liceat p̃matum in terris appetere.hanc questionem in quadragesimali rothomageñ. super hoc euangelio feci. Sed vltra illas tres proposiones illic positas pono tres alias.

¶ Prima. Primatũ appetẽs et proprio motu q̃rens aut ambitiosus aut auarus est:z cũ vtroq; p̃sumptuosus. Q̃ ptz:quia nõ nisi aut honoris aut lucri gr̃a id querit. Q̃ p̃sumptuosus sit patet:quia p̃sumit se digniorem ceteris. Ab ambitu aũt semotus esse debet antistes. C. de epi.z cle.l.si quẽq; Ideo qui se ingerũt sunt repellẽdi.j. q.vj.sicut is qui vltro se ingerit z ambit ẽ repellend⁹. Auaricia aũt abesse debet.vt in.d.l. si quẽq;. vbi dicitur/ profecto q̃s locus poterit esse tutus: vel q̃ causa excusata siveneranda dei tẽpla pecunijs expugnent: quẽ mux integritatis aut vallũ fidei prouidebimus:si auri sacra fames penetralia veneranda proserpit zc̃.

¶ Scda propositio. Primatũ suscipiens oblatũ aut obedientia ꝓpulsus idoneitate hois intercedente laudandus est.ptz per.c. nisi cũ pridẽ. ex̃. de electio.vbi dicit. Tuncin te verã humilitatẽ custodies:qñ locum sublimẽ per hũilitatẽ effugies:z per obedientiam nõ dimittes. Nam sunt aliqua q̃ li cite possunt accipi:sed nõ licite peti ff.de orig.iu.l.ij.z.in.l.j.§. proinde.ff. de va.z extra or.cog. Vñ Aug.in.c.q̃ epatum.viij.q.j.dicit q̃ locus regiminis sine quo popul⁹ regi non põt: et si ita recipiatur vt administretur vt decet: non tñ decenter appetitur.sic abolomin⁹ de q̃ supra licite regnũ oblatum suscepit: qõ petitũ nõ habuisset. sic Petrus digne per obedientiã regẽdam xpi recepit eccliam. accepto mãdato. Joh. vlt. Pasce oues meas longe vero absunt ab hmõi regula q̃ se importune fauorib⁹ aut viribꝰ adacti vel pecunijs dignitatẽ rapiunt in ecclesia dei: quib⁹ veluti raptorib⁹ excidiũ manere ppetuũ nõ est ambigendum vt supra dixi historiã brẽni gallox ducis referens:z quattuor miliũ militum xersis.

¶ Tertia ꝓpositio. Idoneus quisq; ꝓbabiliter laborẽ primatus ad honorem dei z animarũ salutẽ z bonũ reipublice atq; propriã laudabilẽ exercitationẽ põt appetere: et hoc mõ intelligitur illud qui episcopatũ desiderat bonũ opus desiderat.j.Thi.iij.et exponit per aug.viij.q.j.c.qui epatũ dicens.q̃ episcopatus est nomẽ opis non honoris. Vñ glo.in.l. cõtinet sup verb.sustinet.ff.qõ metus cã dicit.nota honorẽ habere onus. Ideo dicitur viij.q.j.in scriptur⁹. sicut toto desiderio debemus occupationẽ fugere:ita si desit q̃ predicet debem⁹ predicationis onus libenti hũero subire zc̃. predicare aũt est officium epi.xliij.di. di spẽsatio celestis seminis nobis est cõmissa zc̃.et in.c.sit rector. xlij.dist.

¶ Scõm documẽtũ est q̃ calicẽ dñi bibere oportz:q̃ dr̃ p̃ multas tribulationes oportere nos intrare in regnũ dei. Act. xiiij.z Hiere.xlix. Ecce quibus non erat iudiciũ vt biberent calicem biberũt.tu ergo innocẽs eris:nõ sed bibes. quib⁹ ꝑbis dat intelligi/q̃ et iusti z pctõres calicẽ sunt tribulationis bibituri:q̃ si iustus in terra recipit/q̃tomagis ipius z pctõr:ꝑ puer. xj.in fi.et Esa.xxxij. Super humum populi mei spine z vepres ascendent/ q̃tomagis sup oẽs domos gaudij exultãtis:z dñs. Si ĩ viridi hoc faciũt in arido q̃d fiet:dicit igit. Calicem q̃ dem meũ bibetꝭ:de q̃ patrẽ orabat dicens. Pater si possibile est/transeat a me calix iste.

¶ Sed hic q̃ritur. Vtrũ prosperitatẽ hñtes in hac vita possint saluari:z Ad hãc q̃stionem elucidandã pono tres ꝓpõnes. ¶ Prima ꝓpositio. Pctõr ꝓsperitatẽ habẽs in hac vita salutem

difficile ꝯsequet. ¶ Scda ꝓpositio. Sicut pctōr obstinat⁹ duplici ꝯtritione qñq; dr̄ ꝯterend⁹. Hier.xviij. Sic iustus qñq; duplici ꝯsolatiōe venit p̄miandus. Esa.xl. Suscepit de manu dñi duplicia. Et ꝓuer.vl. Oēs domestici ei⁹ vestiti sūt duplicib⁹. Ideo dr̄ Esa.iij. Dicite iusto quoniā bñ.ꝛ.ps̄. cxxiiij. Bñ fac dñe bonis ꝛ rectis corde. et ꝓuer.j.in fin. Qui me audierit absq; terrore req̄escet/ꝛ abūdantia ꝑfruet malorū timore sublato. Sic Abraam/Isaac/Jacob/ꝛ Joseph. bōa habuerūt in pñti/et habuerūt post in celesti regno. Ideo dicit. ps̄. cxxvij. Beatus es.s.in pñti:ꝛ bñ tibi erit.s.in futuro. ¶ Tertia propō. Oīs dulcedo pctī aliqua tribulationis amaritudine necessario purganda est. non est aūt iust⁹ in terra q̄ nō peccet. Eccl's. vij. Sed oē pctm̄ est purgādū. de pe. di.j.si pctm̄ dauid.ꝛ Job. xxiiij. De⁹ inultū abire nō patit/ergo in pñti vel in futuro pctm̄ purgari opz.iux̄ illud Malac.iij. Purgabit filios leui.hec aūt purgatio amaritudinē habz. iux̄ illud Esa.xxiiij. Amara erit potio bibentibus illā/sed peccatū amaritudine purgatur:sicut a suo contrario: qꝛ contraria cōtrarijs curant̄.de pe.di. ij.si quis semel.peccatum aut bibitur quasi vinū in dulcedine. Johel'.j. Et ingreditur blande mordēs in nouissimo sicut coluber. Prouer.xxiij. Cui⁹ venenū amaritudine tribulationis interioris ꝛ exterioris purgatur.

¶ Tertium documentū est ꝙ proximos ad indignationem prouocare nō licet non pater filium. Ephe.vl. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros:sed educate illos in disciplina ꝛ timore dñi. Non frater fratrem:quia concordia fratrum domīo placet. Eccl'i. xxv. Non vir vxorē:qꝛ vir ꝛ mulier sibi bene ꝯsentientes dño placent. Eccl'i.xxv. Non ꝓxim⁹ ꝓximū:qꝛ amor ꝓximoꝝ est deo gratus. Eccl'i.xxv. Non ex̄neus ex̄neū.qꝛ q̄tum in nobis est debemus cū om̄ib⁹ pacem habere. Ro.xij. ¶ Prouocantur aūt homīes ad indignationē/aut ex honoris preuentione:vt in hodierno euāgelio vbi dicitur ꝙ alij decem discipuli indignati sunt eo ꝙ hij duo scz Jacobus ꝛ Johānes primū locū querebant apud dñm.quos bon⁹ magister facile pacificauit dicens. ꝙ reges gentiū dominantur illis.qui vero xp̄i auctoritate ꝛ amore p̄ficiunt̄ aliorum ministri ꝛ serui efficiunt̄. Scdo indignatio surgit ex amoris oñsione: qñ scz vni plusq; alteri actiue vel passiue monstrat̄ amor. q̄obrem principes intētos esse ne ad indignationem prouocēt ceteros dū vni maius amoris ostendunt signū necesse est. Nam et catelli hac rōne ad inuidiam ꝓuocātur.hanc ob cām principes anthiochi regis hānibalem inuisum habuere/qꝛ pre ceteris ab rege honoraret̄ ꝛ hec indignatio inuidiā dicit large sū pto noīe indignationis/nō autem ꝑm pl'm. Tertio indignatio surgit ex doloris siue cuiuslibet incōmodi illatione:siue in corpe quis ledat̄:siue in fama:siue in amicis:siue in bonis. Nullum est tam paruū animal qd̄ lesum nō indignet̄ etiā vermis si pede presseris caudam caput ad defensionem sui erigit.

¶ Sed hic queritur. Utrum ꝓpter indignationem aliorū vitandam debeamus desistere a proprio cōmodo. Ad elucidationem huius questionis pono tres propositiones.

¶ Prima propositio. Ob cōmodum ꝓprium qualecunq; offendere proximum nunq̄ licet iniuste/ qm̄ ꝑm ius naturale nullus debet alteri inferre qd̄ sibi nollet īferri. ꝓut habet̄ thob. iiij.ꝛ Lu.vj.ꝛ ex̄.de maio.ꝛ obe.dilecti filij.vñ Catho. Qd̄ tibi nō vis: alteri fecisse caueto. Idē habet̄ in.c.lz. xlv.di.ꝛ.ff.de aqua plu.ar.l.j.§.sed et fossas.ꝛ.l.di.ī.c.pōderet. Idē hr̄ ī.c. j.di.j. Jō dr̄ in.l. plane.ff.de peti.here.et in.l.cū hij q̄b⁹ alimēta.§.si q̄s de alimētis.ff.de transac.ꝛ.ff. de ꝯdi.inde.l.nā hoc nā.ꝛ.ff.de regu.iu.l. iure nature.ꝛ.ff.de dolo malo.l.itaq;.ꝛ ex̄

de penis.c.suã.q nullus debet cũ alterius iactura locupletari.et ꝓtrariũ faciẽs debz ꝓhiberi.ff.de acq̃.re.do. l.q̃uis.ꝛ.xij.q.j. nulli episcopoꝝ.

¶ Scda ꝓpositio.Cõmodũ ꝓpriũ absq; ꝓximi ꝓuocatione (q̃tũ est possibile) cũ iustitia est ꝓcurandũ. sine nocumẽto ꝓximi nulli dubiũ quin liceat suũ cõmodũ ꝓcurare:qz nemini iniuriã facit qui vtit̃ iure suo. Cogit tñ caritas cauere ꝓximi prouocationẽ non necessariam. Sunt enĩ multa quibus haud iniuria ꝓximi prouocamus: sed nõ caritatẽ seruamus. Neq; enĩ oĩa q̃ licent: expediunt ẽm apl'm.j. Coꝝ.x. Moderatione igit̃ in oĩbus vtendũ est ꝛ mansuetudine. Eccl'i.iij. Fili in mãsuetudine ꝑfice opa tua:ꝛ super hoĩm gloriam diligeris.

¶ Tertia ꝓpositio. Qui ꝙmodũ non necessariũ ob ꝓximi gr̃am deserit sanctus est oĩno dicẽdus.talis erat paulus q̃ dicebat se nunq; carnẽ nec vinũ gustaturũ/ne fratrẽ scãdalizet.j. Corinthꝝ.viij. Sic philippꝰ qui post Alexandrũ coronã accepat/visa militum seditione/coronã e capite detraxit/et concordie causa regno se ꝑuari paratum obtulit.

¶ Feria.v. post.ij. dñicã in.xl.

Multi bellantes aduersum me.ps.lv. In euãgelio hodierno.Lu.xvj.habet̃ hi-storia illius diuitis crudelis epulonis.põposi luxuriosi atq; tenacis. Necnõ ꝛ illius Lazari mendici/ lepꝛosi/ famelici/ nudi/ iusti.cuiꝰ ille diues nec diuitijs iuuare ĩdigentiã/nec mia infirmitatẽ/ nec sumptuositate nuditatẽ/nec ciboꝝ luxuria famẽ dignatus est.q̃obrem digne post cursũ pñtis vite Lazarus requiẽ atq; saturitatẽ / diues vero penam ꝛ indigentiã inuenit. Conuertẽdo aũt malũ diuitis in bonũ ꝓtutis/ dico Mariam fuisse ditissimã q̃ oĩm diuitias supgressa est. puer.vl'. Secũdo fuit induta purpura caritat̃ et bysso ꝓginitatis. puer.vl. Byssus et purpura indumentũ eiꝰ. Tertio epulabatur quotidie splẽdide.i.sobrie.vñ gl'iam hẽbat/qz splendidũ in panibꝰ bñdicent labia multoꝝ. Eccl'i.xxxj.si aũt volumus capere splẽdorẽ epulationis ꝓ liberalitate:nõ inueniet̃ splendidiꝰ epulans q̃ Maria/q̃ panes gr̃e cunctis distribuit fidelibus. In mensa quippe illiꝰ oĩes cibũ habere possunt:cuius vt simus participes/ipam salutemus. Aue Maria.

¶ Multi bellantes ꝛc̃. Non tardant post dños rectoꝛes ciuitatũ ad classẽ venire burgenses atq; ciues quicũq; viuentes ex suis redditibus apparenter in ciuitate:q̃s cum veluti inutiles impatoꝛ reijcere vellet/sic affati sunt. Ne repellas nos pniciosissime regum princeps/qñ et nobis ingenia sunt et vires ad sanctam dei legẽ ꝓterendã. Quibꝰ impatoꝛ. Vos vestris redditibꝰ viuitis.mõ simplici:nec officia/nec artes quibꝰ facinoꝛa ꝓmittatꝭ hẽtis. Ad quẽ illi. Et si redditus hẽamꝰ amplos oꝛnataq; domos/ꝛ suppellectilem multã. Non tñ ideo cessamus augere ꝑ oẽ phas nephasq; diuitias.igitur ꝛ agricolas veramꝰ atq; colonos oñibus vijs vt eoꝝ potiamur bonis. In primis fruges eis necessitatis tpe ꝓmodantes q̃ volumꝰ p̃cio taxamus. Indigentes enĩ oĩne pactũ subire,cogunt̃: paciscimur aũt vt nouo frugũ tpe q̃vilius est frumentũ:nõ quidẽ co equandũ mẽsure ꝓmoditati: sed p̃cio prius ĩposito reddant.sicq; vno ex modio qñq; duo vel tria recipimꝰ/qõ ẽt suo tpe pauperibꝰ mutuũ damus colonis/ꝛ pacto eodẽ duplicatũ recipimus relinquẽtes nihilominus apud eos oẽ debitũ donec in vnũ coacta sũma vires excedat obligati.tũc vrgentes ad sũmã oẽm p̃stãdã cogimꝰ agrũ vineã ve ĩ p̃ciũ etiã mũnũ dare. Hoc agimꝰ vt ĩpleat̃ illud Amos.viij. Audite hoc qui conteritis paupem.ꝛ deficere facitꝭ egenos terre dicentes.q̃niã transibit messis.et venũdabimus merces:ꝛ sabbatũ:ꝛ apiemus frumẽtum vt ĩminuamꝰ mensurã et augeamus siclũ ꝛ supponamꝰ stateras dolo

sas.vt possideamus in argẽto egenos et pauperes p calciamẽtis/ et quisq; lias frumenti vendamus. Nunqd super isto non mouebit terra: ⁊ lugebit ois habitator ei⁹? Nec curamus qđ dicit puer.xj. Qui abscõdũt frumẽta maledicent in popl'is.⁊ illud qđ p̃cipit Exo.xxij. Si pecuniã mutuam dederis populo meo paupi qui habitat tecũ non vrgebis eũ quasi exactor nec vsuris opprimes.et illud Deuto. xv. Si vnus de fratrib⁹ tuis q̃ morat intra portas ciuitatis tue ad paupertatẽ deuenerit nõ obdurabis cor tuũ nec cõtrahes manũ:sed apies eã pauperi ⁊ dabis mutuo quo eũ indigere pspexeris. Justus enĩ miseretur ⁊ cõmodat.ps.cxj. Item nõ modo ẽuare frumentũ ⁊ carius vendere tpe necessitatis:sed etiã vsuras exercere multis modis palliatis nouim⁹ nec curamus qđ pohibet vsura Leuit. xxv.et Exod.xxij.⁊ Deut.xxij.et.ps.xiiij.et Ezec.xviij.et Luc.vj. Mutuũ dãtes nihil inde spantes:qđ recitat in.c.cõsuluit.ex̃.de vsu. pohibetur etiã vsura. xiiij.q.iij.per to.⁊.xiiij.q.iiij. in.c.ministri.⁊.c.si q̃s oblit⁹. et in se. et ex̃.de vsu.c.j.et in cle. co.ti.c.ex graui. vbi dr̃.q; si quis pertinaciter asserat vsuras nõ esse pctm̃ est hereticus ⁊ excõicatur. ¶ Sed volũt vsurarij impleri scripturã que dicit. Non defecit de plateis ciuitatis vsura et dolus. ps. liiij. Et hanc quidem multis tegunt dolositatibus vt vere sit vsura et dolus. Alij siquidem pecuniam ꝓstituũ in certo redditib⁹ annuis/ mutuo linquunt. qđ eo maliciam habet quo nõ modo principalẽ pecuniam/ sed ipsos quoq; reddit⁹ volunt securitatẽ habere que nihilominus ex natura rerũ hipotecatarum haberi non potest.cũ vel grandini/ vel gelu/ vel inundationi/ vel igni/ vel incursionibus/ vel furtis oĩa illa subiaceãt. Quid igitur cause potest esse cur tua preciosior sit pecunia ceteris hipotecatis rebus? An tibi videtur equum superuenientẽ illis oĩbus cum tua mixtis pecunia rebus damno quolibet:nil tuã pati pecuniam oĩ̃ pondere in aliã partem verso? Non enĩ ferendus est q̃ lucrum cõplectitur ⁊ damnũ illi annexum non sustinet.C. de ca.tol.l.vnica Alij pecuniam petẽtibus mutuo prestandam/ asserentes falso se denarijs quidem carere/ merces vero libenter quas habent mutuo daturos/ quas illi indigentia cõpulsi aucto in duplũ precio captunt. Cumq; pecuniam ex mercibus conflare cogantur:ignorãtes quo nã modo harum habeant expeditionem/ eidem qui mutuo dedit/ fingenti tamen se gratia amicitie/ que fisse quẽpiam extraneũ/ q̃ merces accipiat/ diminuto in duplum precio relinquũt.sicq; tertiam tm̃modo precij partem obtinẽt:quoniã quod erat valoris decem precio viginti mutuũ accepit:⁊ qđ vigĩti mutuo accepit q̃nq; tantũmodo preciũ habebit.quodq;dẽ oĩm vsurarũ voraginem excedit. Alij vero ĩ societatẽ mercature pecunias adijciunt suas: lucrum capientes:dãnum vero respuentes. Alij modo simili in greges ⁊ armenta cõicant: omnẽ aduersam in socium fortunã quertentes. ¶ Sed hic queritur. Utrum q̃s teneatur mutuũ dare gratis? Ad elucidationem huius questionis pono tres proposiones.

¶ Prima. Mutuũ dare in necessitate/ qui potest caritatis iure tenet. qđ probatur per illud Deuterono. xv. supra allegatum.

¶ Scda ꝓpositio. Mutuũ dare ad alterius lucrũ augendũ vel luxum exercendũ nemo tenet. immo pot⁹ vbi ratio pcti est/ prohibet. Sunt tm̃ qui volentius mutuas dabunt pecunias in ludũ/ vel luxũ/ vel meretrices/ vel pompam effundendas q̃s in elemosinas vel quelibet pia opera.

¶ Tertia ꝓpositio. Mutuũ dans ob alterius lucrũ vel honorẽ licite commodi particeps esse potest. alias q̃ mutuum dare vult gratis det. Sic enim p̃cium vasorũ ostentationis gratia cõcessor ⁊ pecunie ĩ mercaturã adiecte

quis debite recipit/ qz hoc non habet rõnem mutui:sed cõmodati.ff.cõmo. l.iij. Ideo si res commodata deterioz reddatur non videf reddita nisi cũ satisfactione:vt in.d.l.iij. Ideo dicif in l.nũmismatũ. ff.de vsufr. q nũmismatum veterũ que pro gẽmis vel ornatu habenf vsusfructus põt legari.

¶ Quo ad scdam partem sermonis ex euangelio tria sumiñ documẽta.

Primum.q supfluitas victus z vestitus est vitanda.

Scdm.q paupertas est miseranda z alacriter toleranda.

Tertium q prosperitas huius mũdi est in penis cõmutanda.

¶ Circa primũ dicitur in euangelio q erat quidã diues q̃ induebaf quotidie purpura et byſſo.z epulabaf splẽdide.i.laute.z hoc quidem reprehensiue dicitur. ¶ Vbi queritur. Vtrũ splendidus amictꝰ vestiũ z sumptuosus ciboz apparatus iducat damnationem. Ad solutionẽ pmc questionis pono tres propositiones.

¶ Prima. Immoderatus cultus cũ intentione superandi maiozes vel eq̃les:vel ad luxuriã alliciendi semp est pctũ mortale.ptz:qz superbia est peccatũ mortale. talis aũt immoderatio vestiũ si causa alios maiozes vel equales superandi proculdubio superbia est.Esa.xxx.dicitur q portant super humeros diuitias suas.sequitur. Superbia tantũ est.quiesce/ z sic dicitur Act.xij.q herodes elatus in veste regia ꝙsumptus a vermibus expirauit. Ideo dicitur Eccli. xj. Ne glorieris in vestitu vnq̃/z pfecto stultũ est gloriari in vestibus.qz vt dicit Oui. Vestes quas geritꝫ sordida lana fuit. Si aũt fiat intentione luxurie:tũc etiam est peccatũ mortale/quia fit intentione trahendi et cõmittendi peccatum mortale. Igitur fm Philelphũ veste modũ seruare decet. Nam cultꝰ amenus luxuriã excitat.Prouer.vij.Occurrit illi ĩ ornatu meretricio. z Eze. xxiij. dicitur q aspectu nobilium discoloribus indutoꝝ mulieres prouocantur ad libidinem.

¶ Scda propositio. Immoderatus cultus ex curiositate procedens in se periculum peccati mortalis continere videtur.ptz:quia talis transcendit statum suũ. Ideo dicitur Sopho.j. q visitabit dñs sup indutos veste peregrina.de hoc vide.c.parsimoniam. xlj.dist.et.c.omnis iactura.xxj.q.iiij. Igitur dicit Ouid. Procul sint a nobis iuuenes vt femina compti. In clericis autẽ hec curiositas z monachis maxime reprehenditur: vt in.d.c.oñis iactura.et in.c.clerici.ex. de vi.z ho. cler.z in cle.de mo.c.j.§.statuim.vbi dicitur nõ querak quod pretiosius et subtilius:sed quod vtilius est.

¶ Tertia propositio. Sumptuosus cultus cõdecens statui persone citra intentionem peccati.nõihil habens cõplacentie/nõ est mortale. Reprehẽsibilis autem est in vestitu nimia sumptuositas/nimia curiositas siue nouitas/z lubricitas ex modo vestitus vel ex superfluitate. Ex modovt cũ est inhonestus:ex superfluitate vt cum est ibi excessus:vel in longitudine:vel latitudine: vel multitudine/ q̃ deberet paupibus erogari.xlvij.di.sicut hij.

¶ Circa scdm dicitur q erat quidã mendicus nomine Lazarus/qui iacebat ad ianuam eius.scz diuitis vlceribus plenus/ cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis/ z nemo illi dabat. Sed et canes veniebant z lingebant vlcera eius. Nam ad cõmiserationẽ pauperum etiam nos canum monẽt exempla. Beatus qui intelligit super egenũ et pauperem: quoniam in die mala liberabit eũ dominus.ps.xl. Viscera autẽ impioꝝ crudelia nesciunt misereri. Prouer. xij.et Iere.vj.Crudelis non miserebitur. Ideo iudicium sine misericordia fiet illi qui misericordiam non fecerit. Jac.ij. Unde Philosophus.ij. retho.dicit eos ex toto perijsse/ q̃ non miserentur/quos reprobat dominus Amos.vj.dicens. Comeditis agnum de grege ꝛc.sequitur. Post oñes vo-

luptates nihil patiebantur super contritione Joseph. Nam delicijs vacãtes miserias ignorãtes pauperum nõ miserentur. at Job opulentus/ pauperum ꝓpatiebatur. Job. xxx. Quorum nudata vestiebat latera ꝛ buccellam diuidebat. Job. xxxj. Neqꝫ enim alia re propius accedunt homies ad deum qꝫ miserendo. quoniam dei proprium est misereri. Ideo dicitur Eccli. xviij. Miseratio hominis circa ꝓximum suũ. misericordia autẽ dei super oẽm carnem. et Eccli. iiij. hortat dicens. Fili elemosinam pauperis ne defraudes/ ꝛ ne auertas oculos tuos a paupere: animã esuriẽtem ne despexeris. et non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris: ꝛ non protrahas datum angustiãti/ rogationem contribulanti ne abijcias/ et non relinquas querẽtibus te retro maledicere. Maledicẽti enim tibi in amaritudine anime exaudietur deprecatio illius/ exaudiet autẽ eum qui fecit illũ. Declina pauperi sine tristicia aurem tuã: ꝛ rñde illi pacifice. homo igitur miserendo se hominẽ ostendit/ et xpianum/ qz sic adimplet legẽ xpi. lxxxvj. di. qui clementiam: ꝛ regiũ se habere cor. Quid. Regia crede mihi res est succurrere lapsis.

¶ Circa tertium dicitur. Mortuus est diues ꝛ sepultus in inferno. Lazarus vero in abrahe deportatus est sinum. Siquidem diuitũ ꝛ pauperum vna est mortis expectatio: sed diuersa finis conclusio. Mors quidem pauperibus cuncta proscindit mala. Diuitibus vero cũcta adimit bona: mortem iusti pauperis felicitas ꝑpetua sequit. Mortem iniusti diuitis: interminabilis pena comitatur. tũnẽdam igit tpalẽ censent felicitatẽ sapiẽtes.

¶ Sed hic queritur. Utrum diuitie sint cã damnatiõis. Ad elucidationẽ huius q̃stionis pono tres ꝓpões.

¶ Prima. Diuitie male acquisite vt retente in baratrum perditionis adducunt. Unde dicitur Eccls. vj. Diuitie cõseruate in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. ꝗbozem dicitur Mat. xvj. Quid enĩ prodest homini si mundũ vniuersum lucretur: anime vero sue detrimentũ patiatur: aut quã dabit homo cõmutationẽ pro aĩa sua ꝛ Cui alludit illud ps̃. xlviij. Qui confidunt in virtute sua: ꝛ in multitudine diuitiarũ suarũ gloriant. frater non redimet: redimet homo. et non dabit deo placationem suam ꝛ preciũ redẽptionis anime sue et laborabit ineternum/ scz in penis/ ꝛ viuet adhuc in finem: quia videlicet nunqꝫ morie: licet mori velit. Apoc. ix. et Esa. vlt. Uermis eorũ non morietur: ꝛ ignis non extinguetur. Non videbit interitum. scz peccati sui cum viderit sapientes morientes. scz huic mundo ꝛ affectui peccatoꝝ/ hij enim soli sapientes qui peccatis mori nouerunt/ simul insipiẽs ꝛ stultus peribũt scz morte pessima pctõrũ. ps̃. xxxiij. Qui enĩ peccato mori nescit/ morit deo: ꝛ qui pctõ morit/ viuit deo. Ro. vj. Sequit. Et relinquent alienis diuitias suas ꝛc. Reddant igit qui aliena possident anteqꝫ deserãtur.

¶ Scda ꝓpositio. Diuitie licet iuste nimis tñ dilecte/ dãnationem acquirunt. Ideo dr̃. ps̃. lxj. Diuitie si affluant: nolite cor apponere. Nam culpa non est in sensu: sed in affectu. xlj. dist. delitie. Qui enĩ inordinate diuitias diligit iniquus est. iuxta illud Eccli. x. Nichil iniquius qꝫ amare pecuniã hic enĩ ꝛ aĩam suam venalẽ habz. qñ scilicet seipm venũdat pctõ: ꝛ pro lucro seipm auarus ad omia libẽter exponit. iuxt illud Virgi. Quid nõ mortalia pectora cogis auri sacra fames: ꝛ Ideo de talibus dicitur. Denundati sunt vt facerent malum. j. Mach. j. Hoc modo se vendit meretrix/ et proditor: ꝛ qui iussu alterius alium occidit. qui peierat: vel falsum profert testimonium: vel aliud quodlibet peccatum pecunia committit. Hij enim propter nummũ contemnunt deum. xij. q. j. duo sunt. ergo vt dicit Arator libro. j. Auri cesset amor qui pectora

semper adurit.quo capiť mortale genus: qua pullulat oẽ de radice malũ cuiꝰ violentiꝰ ardet: ambitio crescente mõ: stimulantq; rapinis addita lucra famem. ¶ Tertia ꝓpositio. Diuitie iuste/sobrie conseruate/ pie distribute nõ modo dãnationem non inducunt: sed etiã salutem acq̃runt. Unde Eccl's.vij. Melior est sapientia cum diuitijs et magis prodest videntibus solem. i. intuentibus xp̃m qui est sol iustitie. Juste tñ dico videlicz vt sint iuste acq̃site ꝛ iuste retente/ qñ melior est modicũ iusto sup diuitias peccatorum multas.pš.xxxvj.et puer.xvj Melioꝰ est modicũ cũ iustitia q̃ multi fructꝰ cum iniq̃tate. Sobrie dico ne nimiũ amenť vel curenť: sed qui vtũtur tanq̃ nõ vtanť.j.Cor.vij. Pie dico vt in pios vsus distribuãtur/ ꝛ talis dicitur beatus diues cuius elemosinas enarrabit oñis ecclesia sanctorum.Eccli.xxxj.quia inuentus est sine macula nec sperauit in pecunia.diues rebus talis est/sed non maculatꝰ affectu. Jgiť diuitie ꝛ iuuant bonos et ledũt malos. Sicut dicit Ambro. i homelia de zacheo.Diuitie sicut sũt impedimenta reprobis ita bonis sunt adiumenta virtutũ. Jdem dicit philosophus.ij.mora.c.iij.dicit q̃ potentatus ꝛ opulentia neq̃ hominẽ offendunt. Jgitur sicut infirmis corpore vinum ꝛ cetera de se bona auferũtur quia illi noxia sunt/ sano ꝙo optima: sic malis essent auferenda bona mundi huiꝰ. Jdeo bona bonis creata sunt ab initio.et malis mala.Eccli.xxxix. Nam vsus rerum culpam non facit: sed libido.xlj.disti. delicie. ergo iusti ex diuitijs possunt redimere peccata sicut consuluit Daniel nabugodonosor.Dañ.iiij.Jdeo dicitur Prouerb. xiij.Redemptio viri diuitie sue.Nam iustus habet quidẽ diuitias/sed non habetur ab eis.Jniquus vero nõ habet diuitias: sed habeť ab eis. Jdeo dicitur Prouer.xiij. Est pauper cũ in multis diuitijs sit.et Catho. Eger diues habet nũmos:sed non habet sepsum.et alius. Jlle nũmos aurumq; recondit.nescius vti compositis/ metuensq; velut cõtingere sacrum. Nec cõsiderat auarus q̃ aliꝰ in bonis suis luxuriabiť.Eccli.xiiij.et Job.v.Cuius messem famelicus ꝛ ipsum rapiet armatus:et bibent sitientes diuitias eius. Jdem.xxvij. Si congregauerit quasi terram argentũ:ꝛ sicut lutum p̃ parauerit vestimẽta. ꝓparabit quidem sed iustus vestietur illis ꝛ argentum innocens diuidet.Diues cũ dormierit nihil secũ afferet/ aperiet oculos suos ꝛ nihil ĩueniet.Ycor.pš.lxxv Dormierũt somnũ suum ꝛ nihil inuenerunt oñes viri diuitiarum in manibus suis.Jdeo dicitur Eccl's.ij.in fi. Peccatori dedit deꝰ curam supfluã: vt congreget et tradat ei q̃ placuit deo. ¶ Sed hic queritur. Utrum sint effundende diuitie.Ad solutionem huius questionis pono tres ꝓpositões. ¶ Prima.Diuitias turpiter effũdere stultum est:quomodo effundũt lusores:ꝛ qui conuiuijs ꝛ meretricibus atq; histrionibus ꝛ adulatoribus donant:vel qui vestibus ꝛ sumptibꝰ sup fluis aut rerũ voluntaria perditione ꝙsumunt.sicut illi duo discipuli chratonis philosophi/ q̃ gẽmas fregerũt. ¶ Scda ꝓpositio. Sicut nimiũ retinere ꝛ parcius vti diuitijs est confusibile: sic modeste illis vti ꝛ liberaliter est honorabile. Oꝛ sit ꝙfusibile nimis parce vti patet per illud Eccles.vj. Est malum quod vidi apud homines vir cui deus dedit diuitias ꝛ nihil de esse illi exꝰ oibꝰ que desiderat: nec potestatem tribuit ei vt comedat ex eo: sed vir extraneus vorabit illud.et Eccli.xiiij. Uiro cupido sine ratione est substãtia:ꝛ homini liuido ad quid aurum:qui sibi neq̃ est:cui bonus erit: Oculus malus ad mala:et nõ satiabitur pane indigẽs:ꝛ in tristicia erit super mensam suam/ cui concordat Juuena.in satyra vbi dicit. Seruoꝝ vẽtres modio ƀuanť iniquo q̃q; esuriẽs: nec enĩ oia sustinet inq̃ mucida ꝛc̃. ¶ Tertia ꝓpositio. Effundens opes

liberaliter: et in honorem dei et gloriam habet in presenti z premiũ in futuro. ergo fm oui. Audi hospes contẽnere opes z te quoq; dignũ finge deo Mã liberalis ẽ deo similis q̃ dat oĩbus affluẽter z nemini imp̃opat. iac. j.

¶ Feria sexta post secundam dominicam in quadragesima.

MUlti bellantes aduersum me. ps. lv. Vineã patrisfamilias hodie plãtasse narrat euangeliũ parabolice sumptũ. math. xxj. gẽtiles dionysium primo vineaz edocuisse vsum referunt. vt diodorus in li. v. dicit. et ob hanc causam diuinis celebratũ honoribus per orbem terrarũ. nos vero scripture credimus sacre: q̃ noe p̃mũ vinee plãtatorẽ asserit post diluuiũ. gen̄. ix. Quod referentes ad gl'iosam virginẽ dico cõparatiue ad nostrũ intelligẽdi modulũ/ patrẽfa. totius mũdi curie inundatione pctĩ cernẽs vniuersam perijsse terrã/ oẽmq; vinearũ. i. meritoriorũ operũ/ extinctã radicẽ. i. gratiã. decreuit angulũ quendã preseruare mũdissime z eminẽtissime terre. In quẽ peccati abũdans illuuies non attingeret/ vbi gratã suis vsibus plantaret vineã/ q̃ vitẽ illam abundãtem x̃pm produceret/ in lateribus domus dei. p̃s. cxxvij. vinũ salutis exprimens in torcular crucis. Ad quod bibendũ inuitat ipse dicẽs cãti. v. bibite z ĩebriamini z puer. ix. Bibite vinum quod miscui vobis. Quod quidẽ vinũ virgines inebriat. zacha. ix. in fi. vinũ inquit germinãs v̄gines. nã x̃pi amor plures germinauit virgines/ que x̃pi delicias carnalibus preposuerũt oblectamentis. quarũ primaria oĩm veluti vinea propagans extitit maria virgo. Sepẽ aũt circundedit dñs virgini. i. angelorũ custodia z iusticie limitibus vallauit. Mã vbi nõ est sepes diripietur possessio. eccli. xxxvj. Torcular vero posuit in ea caritatis. quod x̃ps solus calcauit. esa. lxiij. turrim vero fortitudinis a facie inimici. p̃s. lx. z canti. iiij. turris dauid edificata cum propugnaculis. nam ex torculari voluntatis debemus exprimere vinum deuotionis dignum dilecto ad potandum. cãti. vj. vt fecit beatissima virgo maria. quam salutemus dicentes illud angelicum Aue gratia plena dominus tecum.

¶ Multi bellantes aduersum me vbi supra. Liuiũ z burgensiũ ordinẽ sequitur fallax turba mercatorũ/ qui scelestissimo imperatori presentati. hac inculta vsi sunt oratione. Ad te fugiẽde princeps nostris cũ mercibus opẽ cõtra sanctã dei legẽ aduenimus prestaturi. Siquidẽ tuus pergrauis exercitus hijs quoq; nostris mercibus eget quibus emendis vendendis ve continuis impugnamus mẽdacijs diuine legis veritatẽ. Nam imprimis mẽdacijs pro veritate vti ꝓsueuimus. vt impleatur illud. Hie. ix. docuerunt linguam suam loqui mendaciũ. Mã cunctas merces in emẽdo despicimus/ in vendendo autẽ collaudamus. Juxta illud prouer. xx. malũ est dicit oĩs emptor. z cũ recesserit tunc gloriabitur. Ideo dicit. eccli. xxvij. Sicut in medio cõpaginis lapidũ palus figit: sic inter mediũ emptionis z venditionis coangustabit peccatis. Itẽ inter sarcinas falsas ponere secreto loco merces lucrosum pcepimus/ satis est superficiẽ sarcinarũ pre se ferre bonitatẽ in medio autẽ falsitatẽ maliciãq; celari veluti inter anglicanarũ sarcinas lanarũ imponere gallicaz partẽ: z inter optimos memini pãnos imponere deteriores aliquos. z iter cumulos optimi puriq; frumenti siliginem loliũ ve spargere: z optimũ vini liquorẽ aqua moderare. vt impleatur illud. esa. j. vinũ tuũ mixtũ est aqua. Siquidẽ lauari dignũ existimãt vinũ quod tãtis lutis cõuectũ maculatũ formidant. De hijs dr̃. p̃s. lxxxviij. quid est aliud Negociatores illi abhominabiles sunt q̃ iusticiã dei nõ cõsiderãtes per immoderatũ pecunie ambitũ polluũt merces suas plus ꝓiurijs onerãdo q̃z precijs. tales eiecit dñs de templo. ꝛc.

Multi bellantes aduersum me.ps̃.lv. Accẽsos hodie iudeos ira cõtra dominũ narrat euangelium adeo vt ip̃m tradere morti voluerint/quo vitio multi pereunt. Ne igitur vincamur ira ad cõtemplationem virginis est recurrendũ que sup oñes patientissima fuit atq; pacifica mente tranq̃lla/aĩo quieto/corde syncero/r ꝑscientia pacata. hec enim est turris Dauid edificata cũ propugnaculis.Can.iíij.Ex qua mille pendent clypei:r oĩs armatura fortium.i.sanctor̃/qr de thesauro armamẽtario ve virginis oñes iusti patientie possunt arma sumere. Adonet etiã ꝑetr⁹.j. ꝑet.iuij.Christo in carne passo:r vos eadem cogitatiõe armamini. r Heb. xij. ꝑer patientiam curramus ad ꝓpositũ nobis certamen. aspiciẽtes in auctorẽ fidei r ꝑsummatorem Iesum qui ꝓpposito sibi gaudio sustinuit crucem/sed exẽplo quoq; matris dulcissime ei⁹/que siue in diuersorio paupertatẽ nascentis:siue ĩ egypto calamitatem fugientis/ siue in patibulo penalitatem morientis aspiciens: gemebũdam cũ hũilitate patientiã exhibuit/ oẽm facile impetũ iracundie repellẽtes clypeo rapto ex turri q̃ mille pendent exempli eius in patientia nostra queramus possidere animas nr̃as.et ꝓ eadem habenda/ad eam recurremus dicentes.Aue Maria.

¶ Multi bellãtes aduersum me.vbi supra. Jam introducto in nauale prelium oñi hoĩm gñe. Nunc adducere opz quattuor hoĩn gña videlicz vxoratorum/innuptarũ/viduarũ/r mere tricum.Et circa vxoratos multa occurrunt/ q̃bus ꝓtra sanctã dei legem argumẽta pugnẽt. Siquidẽ vxorati ꝑmo fidẽ citi⁹ se fregisse matrimonij iactabãt:nec curare iuramentũ in faciem ecclesie prestitum.nec p̃ceptum illud.Non mechaberis.Exod.xx.et exponit̃ de adulterio.ĩ.c. nõ mechaberis.xxxij.q.vj. Nos vero oñia volumus cõmixta esse adulterium/incestum/ sacrilegiũ/ nuptiarũ inconstãtiam. Sap.xiíij.vt adimpleret̃ illud Osee.iíij. q adulterium abũdauit in terra.Et illud Hiere.v. Unusquisq; ad vxorẽ proximi sui hynniebat.Mã fm Oui. Fertilior seges semp est alienis ĩ agris.Vicinũq; pecus: grandi⁹ vber habet.Profecto vltima lubrico rũ atq; amantiũ voluptas est mr̃imonium:quo licet inter amãtissimos fastidiũ citius gñatur. Hec enĩ carum quisq; habet q̃d in promptu semp est. Ideo aquas furtinas esse dulciores dicit Salo.puer.ix. Noua semp querunt hoĩes:qr noua placẽt.in ꝑmio. ff.ve. Nec min⁹ ipe mulieres adulterio carẽt.ex q̃b⁹ nullã esse castam salomon protestat̃.Eccl's.vij.Et Oui. Casta est quã nemo rogauit.hanc ꝓ prudentiã p̃ viris exercẽt femine.vt nequaq; mala predicent sua/more virorum.quinimo celant.iuxta illud ꝑ uerb.penul.Mulier adultera tergẽs os suũ dicit.non sum operata malum mentiuntur ergo qui feminas nescire tacere dicunt. homines.i.viri aut hec oĩa facile pandũt exẽplũ maloꝝ moꝝ ꝑbẽtes vxorib⁹/q̃d bonoꝝ dare debuerãt.ff.ad.l.iul. de adul.l. si vxor§.inder.ꝑdicãt enĩ pctm̃ suũ viri sicut sodoma:nec abscondũt.Esa.iij.Mulieres ꝓ tacent:sed nil min⁹ cogitãt.

¶ Item nõnulli vxorati iactabunde referebãt principi se venales habere vxores saltim curialib⁹ quarũ ꝓmertio promererent officia/ et infelicem agerẽt vitam. nec curare q hac de cã dicãtur infames. ff. ad. l. iul'. de adul. l. si quis domũ. et. l. j. Mulieres autẽ dicebant se nosse temp⁹ quãdo in absentia mariti debeant adulterum suscipere ⁊ cõuiuium preparare. cameramq fumigationibus odoriferis adimplere. procaci vultu blandiẽtes iueni atq dicẽtes. Veni fruamur cupitis amplexibus: qñ abijt vir via lõgissima. sacculum pecunie secum tulit in die plene lune reuersurus est. p uerb. vij. Parisius vero consiliarioꝝ femine oportunũ semper habent tempus conclusis veluti in carcere viris in palatio. ha q̃ta fiunt inscijs maritis sed neq bonum est eos oñia scire. Non enĩ tristant q̃diu ignorant: vxoratorum exigua fides est. ¶ Item discordias semp habere non pudet: nec curare illud Eccli. xxv. Q̃ vir ⁊ mulier sibi bene ꝑsentientes deo gratificantur. Item ⁊ impudica ꝓtra phas cõmittere nõ erubescunt. vtẽtes vxoribus taq meretricibus qõ turpe est xxxij. q. iiij. origo. Item iactabant se non seruare tẽpus menstrui: nec dierum sacrorũ/ qui tamen sunt obseruãdi. xxxiij. q. iiij. c. si causa.

¶ Sed hic querit. Utrum stat⁹ vxoratoꝝ sit salubris. Ad elucidationem huius q̃stionis pono tres ꝓpõnes.

¶ Prima. Qui propter bonum prolis vxores accipiunt ordinationi diuine satisfaciunt/ quia p̃cipitur Gene. j. ⁊. ix. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. ⁊ hoc nõ nisi per mrimoniũ: ⁊ propter solum bonũ ꝓlis sunt vxores accipiende: qr hec est sola cãnubendi. xxxij. q. ij. pudor/ quia dicit Gen. ij. Adherebit homo vxori sue. Ideo natura ad hoc mulieres produxit: vt partus ederent et in hoc maxima eis cupiditas insita est. C. de indic. vidu. tol. l. ij. et Philosophus. j. poly. ca. j. dicit. q oportet combinare eos qui non possunt esse nisi simul vt marem ⁊ feminam generationis causa/ quia naturale oñibus inest desiderium relinquere alium sibi similem. Ideo dicitur Exo. xxiij. Non erit sterilis nec infecunda. Refert Plutar. q licurgus qui leges dedit lacedemonijs eos qui nolebant nubere iussit sine honore esse. quia non generarent q̃ alios honorarent. Igitur natura dedit feminis multos posse parere. vt in l. antiqui. ff. si pars here. pe. ⁊. ff. solu. matrimo. l. si pater.

¶ Scda propositio. In matrimonio digne contracto pacifice viuẽtes maxime deo placent/ ⁊ filios bene instruentes atq dirigentes. Nam que illegitimo sunt matrimonio nuptie deo placere non possunt. Ideoq vir prosperum habent successum. quia difficile bono peraguntur exitu que malo sunt inchoata principio. j. q. j. principatus. Qui etiam non erudiunt filios non placent deo. Ideo dicit Eccli. vij. Filij sũt tibi: erudi illos ⁊ curua illos a puericia eorum. Filie sunt tibi: serua corpus illarum. et non ostẽdas hilarem faciem tuam ad illas. Idem. xxx. Qui diligit filiũ assiduat illi flagella ⁊c. vsq ad illud. Doce filium tuum ⁊ operare in illo ne in turpitudinem illius offẽdas. Idem. xvj. Ne iocunderis in filijs impijs ⁊c. Ideo Thobias docebat filium suum Thob. iiij. timere deum: et seruare iustitiam/ castitatẽ/ ⁊ misericordiam. Et profecto hic thesaurus melior est cunctis opibus. plus filio relinquit q̃ bonos mores q̃ qui multas opes.

¶ Tertia propositio. Matrimonia male contracta dissentionibus plena aut opera continẽtia impudica inferni pre se ferunt exordium. Nam male contracta continuũ habent conscientie scrupulum: sic reprehendebat beatus Johannes baptista herodem dicens. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Marci. vj. Discordes autem vxorati nunq bonum habent: qr cum ab inuicem nequeant separari/

semper in turbine viuentes / infernum inchoant in pñti quod consequentur in futuro. sicq; duplici conterunt̃ contritione. Hie.xvij. Que vero incontinentiam habent: ⁊ impudicitiam turpes sunt nuptie / nec deo grate. ideo dicitur.j.thes.iiij. Sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatione ⁊ honore: non in passione desiderij. Nam debet esse thorus immaculatus ⁊ honorabiles nuptie.xxxij.q.ij.sicut non omnis.

¶ Circa scdam partem sermonis ex euãgelio sumim⁹ tria documẽta: videlicet ꝙ respuẽda est vanitatis tẽtatio. Secũdo ꝙ reprimenda est ire ꝯmotio Tertio ꝙ fugiẽda est populoꝝ seditio

¶ Circa primũ dicitur.lu.iiij.ꝙ pharisei tẽtauerunt dominũ: siue populi qui in sinagoga erant dicentes. Quãta audiuimus facta in capharnaum fac ⁊ hic in patria tua. Solent em̃ homines gloriã suã singulariter ostendere inter patriotas / aut cõciues. vbi aduertendũ qd̃ dñs respondet: nemo propheta acceptus ẽ in pr̃ia sua. hec em̃ temporaliũ / ac spiritualiũ est differentia: vt mundanis fulgentẽ fauoribus que libenter: ⁊ preceteris cõpatriote colãt sequanturq;. spirituali vero preditum virtute: aut religione despiciãt noti: colant vero exteri. dicit igit̃. nemo propheta acceptus est in patria sua. non aũt dicit nemo rex / nemo potens / nemo diues. Tẽtantes igitur ad vanitatẽ exemplo christi reijcere debem⁹ / nec acquiescere fatuitati eorũ.

¶ Sed hic queritur: vtrum opera facta propter hominũ complacentiam sint culpabilia. Ad elucidationem huius q̃stionis pono tres propositiões.

¶ Prima propositio. Complacentes hominibus propter homines etiam si nichil operentur contra legẽ dei mũdanos se profitent̃. patet. quia gl̃iam querũt mũdi. Ideo dicit apostolus. Si adhuc hominibus placerẽ christi seruus non essem. gala.j.ideo dicitur. p̃s.lij. deus dissipauit ossa eorum / qui hominibus placent / confusi sunt: quoniam deus spreuit eos. Hoc intelligẽdum est: si homo querat placere hominibus plusq̃ deo. vel si aliquid agat cõplacendi gratia non necessarium neq; vtile omnino / al's enim qui vel corporali gratia / vl' optimo seruicio / aut vtili colloquio: siue aliqua virtute placent hominibus: non sunt culpandi. Siquidem melius est placere / q̃ displicere. Dicit plutarcus ꝙ phocion atheniensis cum sentẽtiam dixisset in publico omnibus placentem. dixit familiaribus suis. nũquid male aliquid loquutus sum? volens innuere ꝙ placere turbe est signum malicie: non bonitatis.

¶ Secunda propositio. Complacere hominibus in malo semper est malum Ideo dicitur. prouer.iiij. non placeat tibi malorum via. Hoc vicio maxime irretiuntur curiales / qui non curant quibus malis placeãt domino suo cõsentientes peccatis eorum. Ideo pari pena punientur. Roma.j.in fi. ⁊ extra de senten. excom. q̃te. ⁊.xiiij.q.vj. c.j. circa me. C. de paga.l. nemo dicitur / conscij factoris penam sustineant sed et iudex non vindicans delictum. conscius reputatur. C. de commer. et mer.l. non solum / quia negligere cum possis perturbare peruersos. nihil est aliud q̃ fouere. nec caret scrupulo societatis occulte: qui manifesto facinori desinit obuiare. ij.q.vij. negligere. qui autem omnipotentem deum metuit: nichil cõtra deum agere vllo modo consentit.xj.q.iij. qui omnipotentẽ Igitur quicunq; consentit in fornicatione domini vel domine sue aut socij vel socie vt complaceat / in baratrum se perditionis euidenter precipitat.

¶ Tertia propositio. Complacere hominibus propter bonum: vbi nullum est malum: est laudabile. Sic dicebat paulus. Roma.xv. vnusquisq; vestrũ proximo suo placeat in bonum ad edificationem / quod se facere dicebat.j. Chorin.x.in fi. Ergo per omnia omni

bus placeo.non querens quod michi vtile est:sed quod multis vt salui fiãt ꝛ.j.chor.ix.Omnibus factus sum omnia.vt omnes lucrifacerẽ.ꝓcor. illud Ouidij.Qui sapit innumeris moribꝰ aptus erit.Et de quodam sapiente dicitur.ha ha vir bonus omnibus aptꝰ erat.Nẽpe laudabilior est qui ad multa ꝯ q̃ ad vnũ solũ opus est aptꝰ.Sic qui multis ꝓdesse pot ꝛ placere in bonum melior est / ꝯ qui vni vel paucis.

¶ Secundũ documẽtum est q̃est ire frenanda commotio:quia dicitur in euangelio q̃ auditis verbis domini nunciis nazarenos indignos operibus suis:repleti sunt ira ꝛ voluerunt eum precipitem dare.Ira similitudinem impetus aquarum ꝛ ignis habet Inundans quippe gurges cuncta sibi obuia tollit.Ignisq̃ vorax oẽ quod attingit absumit. Sic ira commotionis tempore omne quod fecerit iustũ putat.xj.q.iij. illa prepositorũ. Ideo dicit ibi grego.Restringenda est subratione potestas:nec quicq̃ agẽdum priusq̃ concitata mens ad tranquillitatem redeat.ꝛc.Igitur sicut ignis in maiorem struem lignorum maiorem excitat strepitum:ꝛ in precioſiorẽ domum ne veniat cautius est obseruandum:sic in potentes atq̃ digniores viros ira cauenda est maxime ne dominetur/quia vt dicitur.prouer.xix. Sicut fremitus leõis / sic ꝛ regis ira.qui prouocat eum peccat in animã suam. Sed vt dicit.Ouidi.li.episto. Imperat heu populis qui tumide non imperat ire.Possidet ꝛ vicijs regna minora suis. Episcopis q̃q̃ ꝛ sacerdotibus irascibilitas interdicitur.xlv.di. in principio. vbi dicitur. Nõ enim licet episcopum ita perturbari esse sensus ꝛ irascibilẽ vt percutiat.ꝛ lxxxvj. di.c.non liceat episcopo aliquem manibus suis cedere. Hoc enim a sacerdote alienum esse debet. Judicibus quoq̃ maxime disconuenit ira / vt in dic.ca. illa prepositorum sollicitudo vtilis illa cautela laudabilis ĩ qua totum ratio agit/ꝛ furor nichil sibi vendicat.ꝛc. vbi glo. dicit q̃ iudex cũ offenditur debet dare inducias. Ratio est: quia vt dicitur.xxiij.q.v.ca. pena illorum in fi. transactis motibus animorum qui recentioribus factis solẽt turbulentius excitari: egregie luculẽta bonitas apparebit. Ira autẽ vt dicitur.xi.q.iij. Ira sepe etiam innocentes ad crimen adducit/quia vt dicit. prouer.xvij. Ira non habet misericordiam:nec erumpens furor.ꝛc. Omnis autem castigatio(ꝑm tullium de offi.) vacare debet a contumelia.nec ad eiꝰ qui castigat:sꝫ ad reipublice vtilitatẽ referri. Cauendum est ne maior sit pena ꝯ culpa. Ideo prohibenda est ira in puniendo maxime. Hunq̃ eñ qui iratus accedit ad puniendũ illam mediocritatem tenebit que est inter minimum ꝛ parum. qui ergo reipu.presunt similes legum sint que ad puniendum/non iracundia/sed equitate ducuntur. Sic aug. dicit q̃ bonus iudex nichil ex arbitrio facit.sed ꝑm leges ꝛ iura pronunciat. Nã vt dicitur.ff. de offi.presi.l.obseruandum. Judex non debꝫ excãdescere aduersus eos quos putat esse malos: sed debet patienter eos ꝛ eorum aduocatos audire. Judices enim non debent esse festini.ff. de dã.infec.l.si finita.sed plena cum deliberatione procedere. Ratio est quia iudicantẽ oportet cuncta rimari.xxx. q.v.iudicantem. Ira autem impedit animũ: ne possit cernere verũ. Juxta illud.ps.vj. Turbatus est in ira oculꝰ meus. Ideo dicit tullius in li.de offi. Nihil est laudabilius:nil viro magno ꝯclaroq̃ dignius placabilitate ꝛ clementia / que tamẽ ita probanda est vt adhibeatur reipublice ea seueritas sine qua populus administrari non potest. cõcor.l. obseruandum.ff. de offi. presi.vbi dicit q̃ iudex quidem facilẽ se prebeat in adeundo / sed se cõtemni non patiatur. ergo vt dicit statius.li. x.thebay. Nõ frena animo ꝓmitte calenti.Da spacium tenuereq̃ moram.

Mala cuncta ministrat impetus. ꝛ. l. di. põderet dicitur. nos tempore indigemus/ vt maturius aliquid agamus non precipitemus consilia neq; opera nostra: neq; eor ordinẽ corrũpamus. Sed si aliqs lapsus quoquõ fuerit: et portem⁹ eũ/ ꝛ fraterno corripiam⁹ affectu: sicut ait apl's. Mala. vj. Si p̃occupat⁹ fuerit hõ i aliquo delicto: vos q̃ spũales estis/ istruite eũ i spũ lenitatis: alter alteri⁹ onera portãtes. ꝛ sic adimplebitis legem christi. ꝛc.

¶ Tertium documentum est q; euadenda est populi commotio siue seditio. Ideo dicitur in euangelio q; iesus transiens per medium illorum ibat. sic ps. xvij. Eripies me de contradictionibus populi. veluti flandrensium populorum facilis est commotio atq; periculosa. nec iuuat occisum futura populi penitentia. Non enim resurgit mortuus in furore occisus populi. q; obrem non esse reor vtilem: neq; iocũdam cum stultis conuersationem. sacius esse buccellam siccam comedere cum sapientibus q; domum plenã victimis cum iurgio fatuorum. inter fatuos enim quecunq; bona feceris vno impetu amittes. Inter prudentes vero non perit egregiorum memoria facinorũ. Ideo dicit sapiens. q; sapiens si cum stulto contenderit/ siue rideat/ siue non/ requiem non inueniet.

¶ Feria tertia post tertiã dñicam. xl.

Multi bellantes aduersum me. ꝛc. Hodie in euãgelio quod mathei. xviij. scribit habemus q; domin⁹ in medio eorum qui inter se bene consenserint interesse dignatur. In nemine autẽ eo modo fuit nec erit quo in maria que fuit causa quare inter nos quoq; sit. iuxta illud. Johã. j. Verbũ caro factũ est ꝛ hitauit in nobis/ quãvt nr̃is cordib⁹ digne suscipiamus ipsam mariam inuocemus. Aue.

¶ Multi bellantes aduersum me vbi supra. In nuptarũ nunc puellarum virorumq; turmã solutorum in classem adducturi sumus/ qui non contemnẽdis transgressionibus legem dei sanctam posse ledere se iactabant. Imprimis amasios habere se q̃ primum oculos leuare norint/ cum quibus inhonesta quecq; loquantur: ꝛ faciant siue tactibus impudicis. siue fedis pollutionibus atq; sceniissimis inuicem ludis. exagitent corpora puelle fatebantur. ignauie obnoxias q; amasio careret aut ad nuptias ignara viri transiret. Sed non satis esse amasio nisi plurib⁹ verba saltim etiam forsitan facta darent glorioſum feminis plures habere sequaces. Illi litteras amore flauẽtes/ quibus cordis penetralia trahat. alteri placidum oculorum nutũ/ quo venerẽ a visceribus excitet. alteri furto suaue preberet osculum. alteri manus inter choreas grata vi premere. alterius pede pedẽ inuiso calcare modo. postremo dum licet amplexus indulgere caros ꝛ lecto vel solo stratum corpus auidissimo gestu dulcia fatapati. Ad choreas frequenter ire ꝛ cõuiuantium cetibus interesse libenter/ stuprationum siue publica siue secreta colloquia arrectis auribus obaudire/ in templis oculos habere girãtes ꝛ diuinũ nil prorsus agitare. Si quando sermoni compellantur interesse nactam dormiendi occasionem arbitrari: in lecto vero cum sodalibus puellis plus operis ipudico dare ludo q; somno. quid ibi venus vigeat vtiq; silẽdũ est. mane torquendis arte capillis et perichelidibus componendis/ dirigẽte speculo manum/ longissimum terere tempus consueuere. Quid plura soli vacare fornicationum operi censere dignum: et inuidere pulchriori posse: itaq; plurimos arte libidinis in foueam peccati ducere/ et ipsos quoq; sãctos ad insaniam prouocare. Est enim ad perdẽdas animas aptissimũ telum mulier pulchra/ quo diabolus vti consueuit ad christi seruos expugnandos. In secunda dicebant. nichil obstare voluptati eorum prece

ptum illud nō mechaberis/qm̃ fornicari tēpore quo fauet etas operepretium est vt impleat illud.Eze.xvj.pilus tuus germinauit: et vbera tua intumuerunt.et illico fornicata es: ne inutilis esses/et exposuisti corpus tuum omni transeunti. Juuenes vero vt femina compti se corrūpendis operam dare puellis plurimis et demū hec socijs quasi glorioſum facinus propalare gaudebāt/tabernis/ludis atq; choreis indies vacare honestum ducere predarieq; bona parentū esse licitū affirmabant. non obstañ.quod dicitur. prouer.xxviij.qui subtrahit aliquid a patre vel matre dicēs hoc nō esse peccatum particeps homicide est.

¶ Sed hic queritur: vtrū melius sit nubere an non nubere. Ad elucidationem huius questionis pono tres propositiones. ¶ Prima. virginitatē posse seruare glorioſius est q̃ nubere. patet.quia virtus est circa difficile. Cōtinere autem est opus arduum et difficile. ergo qui potest continere glorioſius agit q̃ qui carnis impulsui deseruit.non enim victis.sed victoribus debetur gloria. qui autem temptationibus carnis succumbit:proculdubio vincitur.qui autem per volūtatis imperium has ratione dominātē sternit profecto victor glorioſus efficitur. Jdeo virginibus aureola donat. dicente beato iacobo. Beatus vir qui suffert tētationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite/ quam repromisit deus diligentibus se. Est aliud bonum: quia qui liberi sunt a nuptijs liberius deo seruiunt. vt dicit apostolus.j. Chorintioꝝ.vij. Mulier innupta et virgo cogitat que dñi sūt quō placeat deo: q̃ aūt nupta est cogitat q̃ mundi sunt quō placeat viro. Est et aliud bonum: quia non habēt carnis tribulationes quas habent qui sunt in matrimonio dicēte paulo. q̃ tribulationē carnis habebūt huiusmodi. Fornicatio enim nulli impune concedit.vt in c.nubēdi.xxvij.q.j. nā in coniugio multi casus occurrūt. extra.vt lite penden.c.quoniā. ibi est tribulatio nutritionis prolis/et quādoq; malicie eorum.tribulatio sterilitatis/ tribulatio zelotipie/ tribulatio rixe/ tribulatio obligationis cōtinue/ quia vir non habet potestatem sui corporis sed mulier/nec mulier habet potestatem sui corporis/sed vir.j.cor.vij.

¶ Secunda propositio. Ad incontinētie remedium nuptie date sunt.patet per apostolū.j.chor.vij.melius inquit est nubere q̃ vri.i.stimulum carnis vrentem pati/ quo quis ad ignem deputatur eternum. Nam continere est laborioſum et difficile/ et continentie via artissima est.xxviij. distin. de hijs.ideo dicitur.sap.viij.Cognoui q̃ non possum esse continens: nisi deus det.et hoc ipsum erat maxima sapientia scire cuius esset hoc donū. Sic crisantus dicebat.non posse flāmam extingui libidinis nisi celesti rore. Jgit melius est nubere vni q̃ cum plurib⁹ fornicari. extra de hijs que filios occi.c.j.in fi.ideo dicitur in.c. sicut non omnis.xxxij.q.ij.q̃ secunda institutio matrimonij. extra paradisum facta est propter illicitum motum exterminandum: vt infirmitas prona in ruinam turpitudinis honestate coniugij exciperetur.

¶ Tertia ꝓpositio. Virgines deo sacrate plus meriti atq; securitatis habēt. Q̃ plus meriti patet.quia opus bonum ex voto semper melius est. vt dicit glo.in cle.de reli.et ve.sanc.et ibi in textu dicitur q̃ est prodiga liberalitas cum quibus tribuit seipsum.et vbi donū est idem cum datore. Vnde isidorus dicit. q̃ virginū quo sublimior est gloria maior esse debet cura: et q̃ sunt flos ecclesiastici germinis.decus atq; ornamentum gratie spiritualis. illustrior portio gregis christi. Et ambrosius. pulchritudinem quis potest maiorez estimare decore virginis que amatur a rege/ probatur a iudice/ dedicatur domino/ consecratur deo.

¶ Quo ad secundam partem sermonis ex euangelio sumimus tria documenta videlicet q correctio debꝫ procedere ex caritate.
Secũdo q debet fieri cũ maturitate.
Tertio q obstãtia ẽ digna seueritate.
¶ Circa primũ dicit. Si peccauerit in te frater tuus: vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipsum solũ: ⁊ si te audierit lucratus es fratrẽ tuum. quod est opus caritatis. Sic paulus monet corripere in spũ lenitatis. gala. vj. ⁊ ij. thessa. iij. nolite quasi inimicũ existimare: sed corripite vt fratrẽ. ꝯcor. l. obseruãdũ. ff. de offi. p̃si. vbi dicit q iudex non debet excandescere aduersus eos/ quos putat esse malos. ⁊ xlv. di. licꝫ plerũq; dicit: q in corrigendis plus agere debet beniuolẽtia q̃ seueritas. plus caritas q̃ potestas. plus cohortatio q̃ cõminatio. cũ nemo nostrũ sine reprehensione viuat. Sed hic querit: vtrũ non habens caritatẽ prohibeat a correctione. ⁊ vtrũ omnino ꝑm caritatem sit corrigendum.
¶ Ad elucidationẽ prime questionis pono tres ꝓpositiões. ¶ Prima. Corrigens sine caritate peccat. patet. quia preceptũ de caritate habẽda obligat ad semp. eo igitur peccat quo caritatem nõ habet/ quã semper tenetur habere. etiam q correctio debet fieri ex caritate. vt ptꝫ ex hoc euãgelio. ⁊ xlv. di. c. cũ beatus paul⁹ arguere ⁊ increpare in oĩ patiẽtia precipiat. ⁊c. ibidẽ c. disciplina vl̃ mia multũ destituitur si vna sine altera teneatur. nam iudex nõ debet excandescere aduersus eos q̃s putat esse malos. vt. s. dixi. Neq; enim alia ex causa corrigimus nisi vt ab errore hoĩes reuocemus. Qui igit sic corrigit vt ad peiora prouocet: nequaq; proficit: sed maxime nocet. nec ex caritate videt agere qui caritatem non monstrat nec excitat quin potius repellit in opere.
¶ Secũda propositio. Nõ habẽs caritatem tenet ex officio corrigere. Nã etiam malus prelatus si non corrigat quod tenet peccat. nec sequit perplexitas ex prima ꝓpositiõe: q licet peccet corrigendo sine caritate/ tñ corrigere tenetur/ q malicia sua non excusat eum ab actu correctionis subditorum. tenetur igitur corrigere ⁊ caritatem habere/ Qꝫ autẽ teneatur corrigere probat: q si iustus prelatus al's propter negligentiã corrigendi punitur/ ergo ⁊ ĩ iust⁹. neq; ei malicia quẽ q̃ excusat ab officio debito. Qꝫ autẽ prelatus al's bon⁹ puniatur per negligentiã correctionis. patet. xxxvij. di. legãt. ⁊ extra de sẽno. c. licet hely in se bonus exister et: q tñ filiorũ excessus non puniuit efficaciter ⁊ in se pariter ⁊ in ipsis aduersionis diuine vindictã excepit/ quod habetur originaliter. j. reg. iiij. ideo dicit. ij. q. vij. qui nec reginiinis ĩ se rationẽ habuit/ nec sua delicta deterſit / nec filiorũ crimẽ correxit canis impudicus dicẽdus est magis q̃ episcopus.
¶ Tertia ꝓpositio non habens caritatem tenet in corrigendo non offẽdere caritatẽ. i. non excedere limites caritatis. patet. q tenet iudicare ꝑm leges prout dixi supra. Oportet em̃ misericordiã miscere cũ iusticia. xlv. di. c. disciplina. vbi allegat illud de samaritano. lu. x. de vino iusticie ⁊ oleo mie appositio vulneribus vulnerati. Et de moyse q̃ petebat pacẽ pro ppl'o: ⁊ tñ fecit deliq̃ntes occidi. exo. xxxij. Ideo dicit ibidẽ gre. in c. Omnis q̃ recte iudicat staterã in manu gestat. in vtroq; penso iusticiã ⁊ misericordiam portat ⁊ in sequenti per totum.
¶ Secundũ documentũ est q debemus corrigere cum maturitate. Ideo dicit q peccãs prius in secreto corrigendus est nullo alio interueniẽte. q si nonaudierit te solum/ adhibe tecum duos aut vnũ testes in quorũ ore stat omne verbũ. q credit eis. hic aũt modus corrigẽdi ponit in c. in oĩ negocio. extra de testibus. ideo ex hoc colligitur q prius sunt monendi subditi q̃ excõmunicandi: nisi talis sit culpa que ipso suo genere excommunicationem aut suspẽsionẽ inducat. extra de

ap. reprehēsibilis.§.j. non igit̄ debent iudices esse festini sed cū matura deliberatione ꝓcedere.ff.de dā.infec.l.si finita.⁊.ij.thi.ij.in fi.cū modestia corripientē eos qui resistūt veritati.nā sicut dicit̄.xlv.di.vera iusticia ꝯpassionem habet: falsa vero dedignationem q̄uis ⁊ iusti soleant peccatorib⁹ indignari.sed aliud quod agit̄ tipo supbie aliud zelo discipline indignant̄ em̄.sz nō dedignant̄. At cōtra hij q̄ de falsa iusticia supbiunt/ceteros despiciunt: nulla infirmātibus mīa cōdescendūt. ⁊ quo se pctōres esse nō credunt:eo deterius pctōres fiūt/hec etiā modestia attendit̄. vt inspiciat̄ q̄cquid est considerandū iuxta illud.xxx.q.v.iudicantem oportet cuncta rimari.

¶ Terciū documentū est ꝙ obstinati digni sunt seueritate Ideo dicit̄ ꝙ si noluerit se corrigere ex gratiosa āmonitione est publicādus eccl̄ie/ ꝙ si ecclesiā nō audierit sit tibi sicut ethnic⁹ ⁊ publicanus. Sic apl̄s ad titū.iij.dicit. Hereticū hoīez post p̄mā ⁊ scd̄am correctionē deuita. Sic ⁊ dñs quos diu vt cōuertant̄ tollerat/nō ꝯuersos durius damnat:s̄m gre.

¶ Sed hic queritur vtrum omnibus liceat corripere delinquentem. Ad hanc questionem respondeo per tres propositiones.

¶ Prima ꝓpositio. Prelatus ⁊ regimen habens peccātes in hijs que sui iuris sunt corrigere tenetur. patet. qꝛ delictum subditi imputat̄ prelato non corrigēti.C.de epi.au.l.addictos supplicio. Exemplum habemus ī hely.j.reg.iiij.⁊ habetur extra de simo.c.licet hely summus sacerdos in se bon⁹ esset:qꝛ tamē filiorū excessus efficaciter non corripuit:⁊ in se pariter ⁊ in ipsis animaduersionis diuine vltionem excepit. Idem recitat Hie.in c.legāt.xxxvij.di.⁊.xx.q.vij.c. qui nec regiminis in se rationem habuit nec sua delicta detersit:nec filiorum crimen correxit: canis impudicus dicēdus magis q̄ episcopus. ideo taciturnitas in prelato est damnabilis.xliij.di. dispensatio.⁊ c.sit rector.⁊.lxxxvj.di. inferiorū culpe ad desides p̄latos referunt̄. ibidem.c. culpam faciētis habet qui quod pōt corrigere negligit emēdare

¶ Secūda propositio. Parētes ⁊ domini suos filios et famulos comitentes vl̄ loq̄ntes iniqua corrigere vel saltim corripere tenentur.patet.quia eorum prelati censentur.⁊ propter hanc causam redditur illis honor a filijs et seruis s̄m legem dei. Item tenētur diligere filios. ergo ⁊ corrigere quando peccant / quia amicus dolet videns damnum amici ⁊ q̄tum potest repellit illud. sed nō est maius damnum q̄ damnatio eterna. ergo debet eum ab ea per correctionē reuocare. ideo dicit̄.ꝓuer.xiij. Qui parcit virge odit filium: qui autē diligit eum incessanter erudit. Et idem habes.eccl̄i.xxx. per totū capitulū quod incipit. Qui diligit filium assiduat illi flagella:non igitur excusantur parētes qui habēt filios blasphemos ⁊ seruos pctōres.

¶ Tertia propositio. Peccātē proximum vtiliter quilibet corripere debet patet: quia tenetur proximum diligere sicut semetipsum. ergo ⁊ corrigere. dico tamen vtiliter:qꝛ si videt non posse proficere nō tenetur.ꝓuer.ix. Noli arguere derisorem ne oderit te ⁊c̄.qui ergo se importune ingerit ad corrigendum:ostendit se fatuum.

¶ Feria quarta post terciā dominicam in quadragesima.

Multi bellantes aduersum me.p̄s.lv.dicit̄ in euangelio hodierno math.xv.ꝙ si cecus ceco ducatū prestet ambo in foueā cadūt: nos autē ceci oēs sumus excecati per maliciam.sap.ij.ideo dicit.p̄s.xxxvij.lumen oculorū meoꝝ nō est mecū. Ideo facile in foueā cadimus/ qꝛ via peccatorum tenebrosa.nesciūt vbi corruant prouerbiorū.iiij. Oportet igitur nos habere ducem itineris.p̄s.lxxix. Sed quoniam post christum non potest inueniri fidelior dux q̄ virgo gloriosa. eam hūiliter inuocabimus dicentes.

O mat digna dei.venie via.luxq; diei sis tutela rei. duxq; comesq; mei. digna coli.regina poli.me linquere noli. Aue maria.ꝛc.

¶ Multi bellãtes.ꝛc. In classem hodie viduarũ exercitum imperator cernens adductũ dixit. Et qđ iuuare possunt hij viri ꝛ femine nigro indute cũ suis velis? Cui respondẽrũt viri se fortes esse diuine legis transgressores cõcubinas fouẽdo.ludis ꝛ iocis insistendo/ardẽtiore siquidẽ amore ꝛ ampliore sese cõplectũtur affectu ꝙ cubinatũ fouẽtes q̃ matrimonium.eo ꝙ matrimoniũ ex sua indissolubili te nauseam generet.cõcubinatus vero soluta omni reuerentia voluptatẽ continet effusionem. Sicut eñ venaticas auidius comedimus carnes q̃ salsas ꝛ domesticas. sic venerei actus in alienis plus q̃ in proprijs feminis / conferunt aliquid voluptatis.quoniã aque furtiue dulciores sunt.prouer.ix.

¶ Mulieres quoq; vidue dixerunt se q̃ fortiter transgredi legem dei nec timere virũ. solutoq; freno per cõpita queq; vagari/dissolute vestiri/ conuiuijs ꝛ chorcis interesse /nec oñino carere delicijs.nec curare quod dicitur j.thi.v.ꝙ vidua in delicijs viuẽs mortua est. Quomodo enim mortua est q̃ viuentis opera facit? habẽt enĩ vidue plures amasios quibus ad omnem voluptatem vtuntur.

¶ Sed hic querit vtrũ transire ad secundas nuptias sit consulendum. Ad elucidationem huius questionis pono tres propositiones.

¶ Prima. Vidualem statũ digne valens obseruare laudẽ plurimã ꝓmeretur. patet.qr virtuosius agit qui continet:q̃ qui nõ.virtus enĩ est circa difficile. Continẽtia autẽ est difficilis quã nemo põt seruare nisi deus det.sapiẽ. viij. in fi. Ideo dicitur ꝙ castitas prefertur proprie vite.ff.de origi.iu.l.ij. nã castitas sola est potens animas cũ fiducia deo presentare. vt ibidem dicit glo.super ver.castitatem.et alle.§. pe.in auctẽ.de mo.coll.j.idem habes in aucten.de leno.§.sancimus. colꝛ.iij pudicitiam autem obseruãdã lex mãdat.C.ad sena.cõsul.orphi.l. si qua illustris.ꝛ ff.de postu.l.j.§.secũdo loco. dicitur ꝙ pudicitia maxime conuenit feminis. ꝛ glo.in.l.palam.super verb. que in adulterio. ff.de ritu nup. dicit ꝙ ꝑm mores hominum maior castitas requiritur a feminis. Dicitur tamen in.l.ij.C.de indic.vidu.tol. ꝙ natura ad hoc mulieres progenuit. vt partus ederent / et maxima eis in hoc vis apposita est. Ideo dicit philosophus.j. poli.ca.j.ꝙ oportet combinare illos q̃ non possunt esse nisi simul.i. marem et feminam. Sed hoc intelligitur q̃tum est de lege nature que requirit sui conseruationem ꝛ multiplicationem que nunc non est necessaria/ quia sufficienter est multiplicata.

¶ Secunda propositio. Vidualis status propter deum obseruatus maximam apud deum ꝓmeretur gloriam. Duo siquidem bona continet.

¶ Primũ quidem castitatis propter deum obseruate/ cum nõ sit condigna ponderatio anime continentis. eccli. xxvj. virtuosius puto agere continentem viduam q̃ virginem .virgo siquidem eo facilius obstinet quo voluptatis nondum experta est delectationẽ. vidua vero eo difficilius / quo priuatur dulcedine nota ꝛ consuetudinem mutat. Vinum ignorans facile abstinet.assuetus autẽ difficile vino caret.

¶ Secundum vero bonum libertatis est in res diuinas impẽse.que viri subijcitur potestati:mulier animo corporeq; captiua ꝑm viri est imperium. vt diffuse paulus.j. Chori. lxx. tractat. Animo quidem captiua quoniã amoris vinculo nectitur in maritũ. ꝛ quomodo placeat viro considerare oporteat. Ideo dicit apostolus/ibidẽ.mulier ũnupta cogitat que domini sũt. vt sit sancta corpore ꝛ spiritu.que autem nupta est cogitat que mũdi sunt:quomodo placeat viro: ꝛ consulit non nubere propter libertatem sine impedimento dominum obsecrandi.

¶ Corpore etiã captiua est.qm̃ nõ habet potestatẽ corpis sui sed vir.vt dicitur ibidem. Cũ igit̃ libertas maximũ sit bonũ/non est ob carnis luxuriã abnegãda. Et ꝑm cato.nõ bene pro toto libertas vendit̃ auro.

¶ Hãc ob causã semiramis post mortẽ nini primi regis assiriorũ noluit nubere alteri viro ne libertatẽ ac regnãdi amitteret facultatẽ. que causa est multas huius tẽporis feminas in statu viduali ꝑpetuo continẽdi.plus potest apud feminas potestatis libertatisq; fauor q̃ castitatis amor.plus gloria q̃ pudicitia.subijci durũ est mulieri que libertatis dulcedinem degustauit.naturaliter em̃ hoies refugiũt seruitutem ⁊ appetunt libertatẽ.

¶ Tertia ꝓpositio vidualis stat⁹ aie corporisq; quietẽ pacẽq; ꝓtinet q̃ matrimoniũ longe maiorẽ. non zelotipia turbat dicit̃.eccli.xxvj. dolor cordis ⁊ luctus mulier zelotipia.sic ⁊ viri zelotipia ledit vxorẽ.nec em̃ solos tãgit tãgit atrides.iste dolor solus.

¶ In matrimonio quoq; sollicitudo est prolis educãde.j.cor.vij. tribulationem carnis habebũt huiusmodi.i. sollicitudinem ꝓpter opera carnis Ideo dicit̃.xxvij.q.j.c.nubẽdi. q fornicatio nulli impune concedit̃.⁊ vltra hec multi casus occurrũt in cõiugio. extra vt lite pen.c.qm̃.§.si aũt.iõ dicit j.cor.vij.volo vos sine sollicitudine esse.⁊ phi.iiij.nichil solliciti sitis.q̃ autem nubit sollicitudinẽ init. Si vxorẽ quis hẽt pulchrã.durum erit seruare in quo totius populi vota suspirãt:q; non soli suas vxores amãt atrides. Si turpis est nulla voluptas. Si litigiosa/mors:ideo dr̃.puer.xxj.melius est sedere in angulo' domatis q̃ cũ mulere litigiosa in domo cõmuni. q; vt dicit idem.xxvij.tecta iugiter ꝓstillãtia mulier litigiosa. mulier etiã que virũ habet tristem.zelotipũ/auarũ/vl' alio vicio laborantem: tristem miseramq; agit vitam.quo nil infelicius esse viuẽtibus potest.

¶ Hic etiã in bellũ duxi filios cõtra parẽtes / quos contra dei legẽ agẽtes cõmendabat inobediẽtia.scõo irreuerẽtia.tertio bonor̃ subtractio.q̃rto derisio sicut chã.gen̄.ix.v.iniuriatio.vj. vt bonis potiant̃ mortis parẽtũ desideratio.vij. correctionis despectio.

¶ Sed hic querit̃ vtrũ ꝑ̃ debeat corrigere filiũ Rñdeo ꝙ tres ꝓpões. Prima ꝓpositio.Desidia correctiõis multam pestẽ gignit in filijs.vnde baptista mantuanus Blanda patrũ segnes facit indulgentia natos. Hã rectorũ negligentia multã pestẽ nutrit in subdit' in cle.de cele.mis.c.graui.vide.c. peruenit.ij.xciij.dist̃.⁊ extra de vi.et ho.cle.vt clericorũ. vbi dicit̃ q facilitas venie.rc̃.⁊ in c.vt fame.extra de sen.excõ.vbi dicit̃ q qui sunt nec̃q; fiũt nequiores per impunitatẽ.

¶ Scõa ꝓpositio.Correctio parentũ ad filios debz este modesta. Ephe.vl. nolite ad iracundiã ꝓuocare filios vestros.sed educate illos in disciplina ⁊ correctione dñi.nõ tamẽ est virge parcẽdũ. ꝓuer.xiij.qui parcit virge odit filium.qui autem diligit illũ instanter erudit.eccli.xxx.qui diligit filiũ assiduat illi flagella.rc̃.

¶ Tertia ꝓpositio. Fili⁹ patris respuens correctionẽ:ad interitum currit. ꝓuer.xxix.viro qui corripientẽ dura ceruice contemnit/ repentinus supueniet interitus.⁊ eũ sanitas non sequet̃ idem.xij.qui increpationes odit insipiens est.idem.xv.qui abijcit disciplinam abijcit aiam suã.rc̃.Ideo tales sunt fortioribus penis artandi.C.de emenda.propinquorũ.l.quos ad vite decora.laudis exẽpla nõ reuocãt.saltim correctionis medicina cõpellat.

¶ Quo ad scõam partẽ sermõis tria sumimus documẽta: videlicet q̃ mandata dei plusq; mãdata hominum debemus obseruare.

Scõo q̃ debemus parẽtes honorare.

Tertio q̃ debemus deũ corde plusq; labijs laudare/inuocare ⁊ honorare.

¶ Circa primũ dicit̃ improperando iudeis quare transgredimini mãdatũ dei ꝓpter traditiones' vestras.

Sunt enĩ nonnulli quib⁹ plus est pre
cij constitutiones quasdam hoĩm ob
seruare/q̃ diuina p̃cepta. Idq̃ qua
si aliquid sanctius arbitrant̃ qđ ho
minũ adinuentione q̃ qđ dei lege san
citum est. Quorum numero religiosi
quidam reperiuntur cura sollertiore
constitutiones cõsuetudinesve suas
q̃ diuina custodire precepta. morta
le putarent incurrisse/cerimonias q̃s
dam facticias deseruisse: potiusq̃ ca
ritatem. fregisse silentiũ grauius vide
ri q̃ detraxisse vel diffamationẽ effu
disse liquãtes culicẽ: camelum vero
vorantes. Matth.xxiij. Non hec pro
bat dñs. Nec tamen religiosarum ob
seruantiã cerimoniarũ cõtemnendã
censeo: sine qua vix diuina quoq̃ pos
sunt seruari mãdata. quoniã nonnul
lis adminiculis opus est ad maiorum
conseruationẽ/sicut vasorũ contigua
tionem circulis detineri quibusdã et
viminibus necesse est. Superuacane
as aũt reor nõnullorum quotidianas
statutorum renouationes qui q̃ plus
sese legibus onerant: eo minus bonis
operibus vacant. Nam plurium vin
culorum plures sunt fracture: ⁊ plu
rium legũ plures trãsgressiones. Sz
ambitio dominandi ⁊ ptãtis ostenta
tio plures legũ cõditores ꝓpagauit.
dum quisq̃ cupit sue ptãtis monumẽ
ta propalare. Legitur in plu. q̃ inter
roga tus charilaus rex. cur licurgus
tam paucas leges tulisset. Rñdit eos
qui paucis ꝙbis vterent̃ legib⁹ haud
multis indigere. Non igitur facile no
ue sunt leges hominib⁹ adijciende: q̃
vt dicit. ff. de legi. l. in rebus nouis cõ
stituendis cuidens vtilitas esse debet
seruemus antiquã dei legem que po
tẽs est animas hominũ saluare: quia
lex dñi immaculata conuertens ani
mas. ps̃. xviij. ergo hãc ne obliuisca
ris. Prouer. iij. Nam lacedemones
tanto tempore regnauere q̃to licur
gi leges obseruauere. quoniã phibe
bat aurum haberi: et oĩne qđ ad aua
riciam potest impellere.

¶ Scõo monemur ex euangelio pa
rentes honorare: quia vt ibidem dici
tur. hoc est preceptũ dei. Exod. xx. et
Deuter. v. Honora patrem tuũ ⁊ ma
trem tuã: vt sis longeuus super terrã
et pbus dicit q̃ dijs ⁊ parentibus nõ
possumus dignũ honorẽ impendere:
et. ff. de in ius vo. l. parentes. dicit̃ q̃
vna est oibus parẽtibus seruanda re
uerentia. ⁊. C. de pa. l. congruentius.
dicitur q̃ cogendi sunt filij ad reuerẽ
tiam debitã matri exhibendã: ⁊ in eis
lesa pietas est seuerius vindicanda.
Nam ibi dicit̃ q̃ lites inter parẽtes ⁊
filios debent intra domũ terminari. si
tamen venerint ante iudicẽ iudex co
get filios ad reuerentiã parentib⁹ ex
hibendam. Nam per legẽ diuinã qui
maledixerit patri vel matri morte dã
natur. Exo. xxj. ⁊ Leuit. xx. Nam ho
nor parentib⁹ naturaliter est debit⁹.
C. de in ius vo. l. ij. ⁊. C. de pa. po. l. fi
lia. dr̃ q̃ filia tenet̃ alere matrẽ pau
perem. glo. ibi dicit caute. dicit natu
rali rõne: quia si diriisset naturali iure
hoc esset falsum. Nam triplici ratiõe
debent induci filij ad amorem ⁊ hono
rem parentũ videlicz: quia parẽtum
ad filios est naturalis amor. vt dicit
Philosophus. q̃obrem nõ datur pre
ceptũ de hmõi. C. de cura. fu. l. cũ fu
riosus. dicit̃ q̃ nullus affect⁹ vincit
paternũ. nam ⁊ fere diligunt natos.
Scda ratio est vtilitatis/qr parentes
dant esse. Eccli. vij. Honora patrem
tuũ: ⁊ gemit⁹ matris tue ne obliuisca
ris. memẽto qm̃ nisi per illos nat⁹ nõ
fuisses. Idem Tho. iiij. circa princi.
Tertia est ratio sedulitatis: qr paren
tes solliciti sunt pro filijs suis ad eos
educãdos: ⁊ fouẽdos. ingrati sunt fi
lij si nõ sint memores bñficiorũ paren
tum suorum. iuxta illud Esa. j. Filios
enutriui ⁊ exaltaui: ipsi autẽ spreue
runt me. habeamus i hoc exemplum
xp̃i/qui obediuit parentib⁹: ⁊ ipse deo
factus est obediens vsq̃ ad mortem.
Phi. ij. Honorificãs patrẽ. Joh. viij
Nam quidã romanus coriolanus: vt
refert tit⁹ liui⁹ ab obsidione vrbis re
cessit cõspecta matre q̃ supplicauit.

¶ Sed hic queritur. Utrum filij teneantur summū honorē prestare parentibus. pono tres ꝓpositiones.

¶ Prima. Intrinsecus magis est honorandus pater aut mater q̄ quilibꝫ princeps aut prelatus. patꝫ: quia plꝰ teneor diligere patrē q̄ prelatū quēlibet. qꝛ mihi esse dedit non prelatus.

¶ Scda propositio. Extrinsecus maior quandoqꝫ honor debetur alteri q̄ parenti. puta pape: vel regi: vel prelato. qꝛ talis prostratio q̄ debetur p̄lato vel principi non semꝑ conuenit parēti/ conuenit tñ quandoqꝫ.

¶ Tertia. Sūmo in honore sunt parentes habēdi: non tñ propter eos est diuina lex offendēda. ptꝫ: qꝛ plus debeo creatori q̄ genitori. Igitur propter deum est quandoqꝫ abnegādus pater. ps̄. xliiij. Obliuiscere populū tuum ⁊ domū patris tui. Sic moyses laudauit eos qui zelo dei parentes occiderant. Exo. xxxij. ¶ Tenent̄ itaqꝫ filij parentibus obedire ꝑ om̄ia colo. iij. Ephe. vlt̄. et hoc modo dicto intellige. nam Deut̄o. xxj. precipitur filiꝰ contumax lapidari. Tenētur ergo filij parentibus suis reddere.

Affectum dilectionis
Actum honorationis
Et effectum obsecutionis.

¶ Affectum docet naturalis inclinatio: qꝛ debet esse reciprocus amor parentū ad filios: ⁊ filiorū ad parentes. non ꝙ possit esse eo modo naturalis sicut parentū ad filios: qꝛ vt dicit ph̄s. Opifex magis opus diligit q̄ diligatur ab opere: vt ptꝫ inq̄t in parentibꝰ respectu filioꝝ. ix. ethi. c. vij. Idem. ij mo. c. xij. dicit ꝙ pater plus filiū diligit: qꝛ est factio eiꝰ. Scdo honorē opꝫ īpendere eis vt patuit supra. Tertio. Obsequiū debēt filij. vt in. d. l. filia. ⁊ in. l. j. C. de alē. libe. dr̄ ꝙ parentū necessitatibus liberos succurrere iustū est. Filij aūt ingrati vt dicit Bal. in. l. vnica. C. d̄ ingratꝫ libe. sunt in pr̄iam ptātem reducēdi. ⁊. C. de scdis nup. l. cum apertissime. dr̄ ꝙ ingrati liberi debent exheredari. Sic ⁊ nos si fuerimus deo ingrati debemus illiꝰ hereditate p̄uari. Nā rō naturalis dictat vt bñfaciamus bñfaciēti. ff. de cōdi. inde. l. si non sortē. §. libertus. ff. de ser. expor. l. seruus ea.

¶ Tertium documētum est ꝙ debemus deū corde plusq̄ labijs honorare: qꝛ dñs improꝑat iudeis referēs illud Esa. xxix. Populꝰ hic labijs me honorat: cor autē eorū longe est a me. ꝯcor. illud ps̄. lxxvij. Dilexerūt eū in ore suo: ⁊ in lingua sua mētiti sunt ei. Et ideo dicit̄. Si cor non orat: in vanum lingua laborat. ¶ Sed hic queritur. Utrū laudes ⁊ or̄ones dicte sine attentione sint vtiles. Ad elucidationem huius q̄stionis pono tres propositiones. ¶ Prima. Sacerdos horas debitas ⁊ missam absqꝫ p̄uia salti intentione ⁊ ꝓposito attente ꝑsoluendi celebrans nō excusat̄ a culpa. ptꝫ: quia celebrare missam nō est opꝰ obligationis: igitur non potest excusari per debiti solutionem sicut excusant̄: idest satisfacere dicūtur q̄ horas canonicas (q̄ sunt obligationis) sine attentione actuali persoluunt. Celebratio autem est actus voluntarie deuotionis: igitur q̄ deuotionem nō habet ad celebrandū non debꝫ accedere: qꝛ videtur deū despicere. Sed dicit aliquis/ quid si curatus sit obligatus ad missam celebrandā? Dico ꝙ illa obligatio fuit volūtaria simpl̄r/ ad quam nō debuit se ligare nisi intēderet facere qd̄ in se ē vt deuote celebraret. Horarum v̄o canonicaꝝ qꝛ sunt annexe ordini sacerdotali ⁊ aliq̄d vltra celebrationē habet obligationis faciliorē habꝫ earū persolutio satisfactionem. Non enī requirit̄ actualis attētio circa singula verba de necessitate/ qꝛ humana fragilitas vix hoc patit̄/ req̄ritur tñ p̄uia dispositio atqꝫ mētis deliberatio: qꝛ hoc pōt homo. ¶ Scda ꝓpositio. Sacerdos habita p̄uia intentione attente ꝑsoluendi/ distracte tñ postea persoluens licet satisfaciat/ tñ fructū deuotionis non gustat: ⁊ illud excellens premiū nō captat qd̄ expe-

riētia docet. Nam q̄ distracte horas dicūt: canib⁹ venaticis mihi vident̄ similes/ quoꝝ olfactū vent⁹ absorbuit. nec sentiunt quā sequūtur bestiam/ sꝫ erecto capite huc atq̄ illuc sine ordine currunt. ignorantes quo ferātur/ sic hij in ventū proferunt verba nihil aduertentes/ nec gustantes bonū dei verbū. Heb. vj. Qui vero attente persoluunt hij gustant q̄ꝫ suauis est dñs. ps̄. xxxiij. et dicunt q̄ꝫ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua sup̄ mel ori meo. qm̄ sicut adipe ⁊ pinguedine repleat̄ aīa mea: sic labijs exultationis laudabit os meū. Igitur exultabūt labia mea cum cantauero tibi ⁊ anima mea quā redemisti: sic psalmū dicā nomini tuo in seculū seculi: vt reddā vota mea de die in diē. Bñdicam dñm in om̄i tempore: semp̄ laus eius in ore meo. Magnificat anima mea dñm: ⁊ exultauit spiritus meus in deo salutari meo. O beatus populus qui scit iubilationē.

¶ Tertia ꝓpositio. Non obligati laudes vel supplicationes minus attente porrigentes/ ⁊ si dulcedinem spūs ⁊ meritum maiorem nō assequantur: tamen et malis operibus interim liberantur. ⁊ dispositionem ad consequēdam gratiam deuotiōis fabricare videntur. Non enim peccant in eo q̄ non obligant̄. decet tñ colloquentem p̄ncipi semp̄ reuerentiā exhibere. nec puto eū carere culpa/ qui nullo respectu: saltim antecedēter habito: sed cōtemnēs deū inuocare precib⁹ audet. Ideo dicit abraam. Loquar ad dñm meū cū sim puluis ⁊ cinis. Gen̄. xviij. Cognoscat se hō puluerē ⁊ cinerē eē dū loq̄tur cū eo q̄ eū de terra creauit ⁊ de luto formauit. Job. xxxiij. sciat se eē opus manuū figuli. Esa. xlv. qd̄ pōt cito frāgere ⁊ facere sicut figul⁹ vasi. Hiere. xviij. Cū timore igr̄ ⁊ tremore loq̄ dēmus cū eo q̄ pōt mortificare ⁊ viuificare: deducere ad īferos ⁊ reducere. Deut̄. xxxij. Et q̄ habꝫ potestatē mittere in gehennā. Mat. x.

¶ Feria quinta post tertiam dñicam in quadragesima.

Multi bellantes aduersum me. ps̄. lv. Dñm sanasse simonis socrū a febrib⁹ euāgeliū protestat̄ hodiernū Cū aūt gl̄iose v̄ginis gr̄a humanū genus pctōrū febrib⁹ fuerit liberatus ne recidiuem⁹ ip̄am imploremus. Exposui autē in sensu allegorico et tropologico de febre ī ecclesia et anima.

¶ Multi bellātes aduer. ⁊c̄. Precedentib⁹ in classem adduct; vltimo loco meretrices adducere necesse est. qm̄ sine pellicibus nō fiunt bella: licꝫ eas tanq̄ꝫ noxias bello excedere iusserint nōnulli p̄ncipes virtuosi. Siquidem aīos bellatorū eneruant. Adducte vero in ꝯspectum p̄ncipis protulerunt se imp̄mis oēm v̄ecundiam atq̄ pudorē abiecisse. iux̄ illud Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Nec curare qd̄ dicit̄ gr̄a verecundie mulieris sup̄ aurū. Eccl̄i. vij. Igitur audaces esse ad om̄e nephas etiā viros impellere. Item v̄bis effrenatas eē: et gaudere turpiore loquela: sicq̄ colloquijs prauis bonos corrūpere mores. j. Cor. xv Itē nudare corpa qd̄ est p̄ncipiū flagicij inter ciues. s̄m Tulliū. Reuelare crura ⁊ denudare femora gaudēt. Esa. xlvij. Item saltationib⁹ vti ⁊ corpoꝝ exagitatione aīm resoluere in libidinē. qꝛ s̄m Oui. Pectora dū gaudent nec sunt attrita dolore. Ipsa patent blanda tunc subit arte ven⁹. Itē ebrietati ⁊ oī gule officio semp̄ insistere: qm̄ luxuriosa res ē vinū. ꝓuer. xx. Et iō s̄m hiero. Venter mero estuās cito spumat in libidinē. Juue. Quid enī venus ebria curat? Itē ad inopiā redigere mis̄os amātes. qm̄ q̄ nutrit scortū p̄det substātiā. ꝓuer. xxviij. q̄ res maxīe ꝯuenit/ nō eis q̄dē meretricibus q̄ lupanari maculant̄ infamia: sed eis q̄ lupanar ꝓpriam habent domū. hee sunt que nūc vestes: nūc torques: nunc anulos: nūc pecunias miseris ab amātibus incessanter extorquent. Nihil est enī qd̄ capt⁹ infelici

Multi bellantes aduersum me. pš. lv. Susceptum hodie dñm plurimo cū honore hierosolimis legimus. Nullibi autē amplioze susceptū honoze diserim/ q̄ virginis in vtero/ ibi spiritus virginis exultabūdus obuiam venit/ dicens Magnificat anima mea dominū. Et exultauit spiritus me⁹ in deo salutari meo. Sic pueri hebreorum clamabant dicentes. Osanna filio dauid. benedictus qui venit in nomine domini. Intellectus marie obuiam venit intelligendo eum (qui veniebat) esse filium dei ⁊ assentiēdo ꝓstrauit ramos oliuaꝝ ante pedes eius. quia per fidē captiuat intellectus in obsequiuꝫ xp̄i. ij. coꝝ. x. Obuiam quoq̄ venit memoria/ memorando q̄ de xp̄o in prophetis habebantur. pš. cxviij. Memor fui nocte nominis tui dñe. idē. lxxvj. memor fui dei ⁊ delectatus sum/ ⁊ hec ferebat ramos oliuarū in manib⁹. q̄ maximū est solacium habere in manib⁹ sanctos libros. j. macha. xij. Voluntas vero obuiam venit vestimenta sternens in via. quia per consensum se totaliter deo submisit dicēs. Ecce ancilla domini fiat michi ſm verbum tuum. Luce. j. Ut igitur digne domino veniamus obuiam: dicamus Aue maria.

¶ Multi bellantes aduersum me vbi supra.

¶ De presenti euangelio tria sumim⁹ documenta. videlicet.

q̄ est christo obuiandum.

q̄ est lignum florid̄um deferendum.

Et q̄ est dulce carmen domino decantandum.

¶ Quo ad primuꝫ dico. q̄ multiplex est obuiatio. vnde quidem resistendi causa occurrunt. vt armigeri armigeris. Hoc modo darius alexandro venit obuiam a quo fugatus bis/ tertio mortem a besso noto ex suis accepit. Sic pompeius iulio cesari venit obuiam apolonie. vbi victoriam si sequutus fuisset obtinuisset. Sed hoc modo contra dominum obuiam ire non possumus. quia impossibile est illi resistere. Juxta illud. Job. ix. Quis restitit ei ⁊ pacē habuit: ⁊ hester. xiij. Nō est q̄ resistat maiestati tue/ ergo hūilie m⁹ illi aīas nr̄as. iuxta illō. eccli. xiij.

humiliamini sub potenti manu dei. j. pe. v. hūilitate sola placari potest dē iuxta illud. pſ. l. Cor cōtritū ⁊ hūiliatum deꝰ nō despicies. ¶ Nōnullis vero sic obuiare oportꝫ vt latroni. C. qñ liceat vnicuiqꝫ se sine iudice vīdicare. l. j. in fi. nullꝰ parcat militi: cui obuiare oportꝫ telo sicut latroni. In talibꝰ obuiationibꝰ bellorū multi moriunt ⁊ prosternūt. ¶ Aliq̄ ꝯo non armis obuiant sed muneribꝰ ⁊ legatis. iuxta illud. lu. xij. vbi dicit dñs q̄ rex q̄ sentit se nō posse resistere fortiori venīēti cōtra se: mittēs legationē rogat ea q̄ pacis sunt. Sic iacob obuiam misit legatos ⁊ mūera fratri suo esau. geñ. xxxij Sic ⁊ nos obuiā dño contra peccata nſa venīēti ad iudiciū venire debem⁹ premittēdo gemitꝰ. lachrimas. orationes/ elemosinas. ieiunia. et opa bona. quibꝰ placabit deus. ¶ Nōnulli vero veniūt obuiā causa honorādi sicut hodie iudei obuiā venere dño. qđ ⁊ nos facimus/ cū ciuitatē amoris huiꝰ mūdi ⁊ ppie delectatiōis ſm carnē/ egredimur: ⁊ affectu opeꝫ dño obuiā venimus. Sciāt aūt mundani hoīes qñ oportꝫ diē messionis extreme mīe opibus preuenire. extra de pe. ⁊ re. cū ex eo. ¶ Nōnulli ꝯo a casu alteri obuiāt. nō ex proposito. Sic multi nō cogitantes obuiant xpō iudici p subitā mortē Sic armigeri qñcꝫ hostibꝰ obuiāt insperato qua obuiatione turbant: ⁊ sepe vincunt. ergo oportꝫ futuris casibus prudēter occurrere. xxiij. di. c. in nomine dñi. Et preuidere debemus quod cōtingere potest. ff. locati. l. si qs domū. Ideo dicit deutero. xxxij. Vtinam saperent ⁊ intelligerēt ac nouissima prouiderēt. Fatui ergo sunt q̄ tantūmodo presentia cogitāt. qz ſm boe. Non quod ante pedes habemus sufficit intueri. rerū exitus prudentia metitur. Stemus igit parati vt quacūqꝫ hora dñs venerit/ nos vigilantes inueniat. vt ipe monet. ergo ſm sene. Dis dies velut vltimꝰ ordinandꝰ est. nā vt ait idē Sene. multos vitā differentes mors incerta ꝓuenit. ⁊ de pe. di. vij. c. nullus dicitur q̄ multos solet decipere penitētia serotina. Nos aūt oportꝫ ꝓcessionaliter obuiā ire xpō. qz dicit q̄ processerūt obuiam ei. Est autē triplex ꝓcessus. videlicꝫ causarū virtutum/ ⁊ viarū. Causarū autē ducūt aduocati q̄ non semp eūt obuiā xpō. i. veritati. saltim ad eam honorandā. plures aūt ad oppugnandā/ qz resistūt veritati. ij. thi. ij. beatꝰ q̄ nō est inuolutꝰ hijs laqueis processuū. Alius est processus virtutū. de quo dicit. puer. iiij Justorū semita quasi lux splēdēs procedit ⁊ crescit vsqꝫ ad pfectā diē. Ad quod hortat. pſ. xliij. intēde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. Intēde scilicꝫ affectū diligēdo deū ⁊ hoc est intēdere ꝓspere. quia vbicūqꝫ alibi intendat extra deū nō ꝓspere intendit. ꝓcede scilicꝫ bene agendo/ ambulādo de virtute in virtutē. ⁊ regna cum deo scilicꝫ/ qz bonis operibꝰ acquirit regnū dei. Alius est processus viarū seu passuū. ⁊ sic fit processus ad bellū. Dicere. xlvj. procedite ad bellū. Est ⁊ alius processus cogitationū ex corde. Math. xv. Quod ꝓcedit ex ore ⁊ ex corde hoc coinquinat hominem. Nam ex corde vita procedit. prouer. iiij. Omni custodia serua cor tuū: quia ex ipso vita procedit. ex ipso quoqꝫ mors procedit. iiij. regū iiij. Mors est in olla. i. in corde bulīēte concupiscentia. Ad eundū autem ad processionē more ecclesiastico/ oportꝫ primo habere episcopū qui est xps in capite omniū. Michee. ij. Est eñ episcopus ⁊ pastor animaruꝫ nostrarū. j. pe. ij. in fi. Dic eñ verus est pastor qui aīam suā dat pro ouibus suis. Joh. x. ⁊ pontifex ſm ordinem melchisedech qui seipsum pro nobis obtulit hostiaꝫ deo. heb. v. Dic dignā ducit iustorum ꝓcessionē. Canonici in hac ꝓcessione sūt apli ⁊ martires/ q̄ sūt induti lineis vestibꝰ albis. i. dealbatas hñtes stolas in sanguīe agni. apo. vij. Nigrū aūt caputiū hñt duplicatū grisea pelle. quia cooperti fuerunt confusione ⁊ tribulatione in hoc seculo/ q̄ significat per caputiū nigrū. iuxta. pſ. xliij. Operuit

confusio faciẽ meam. sed capuciũ est duplicatum nigrisea pelle. que significat spem. ꝑm interpretationẽ siquidez cõmunẽ griseus color significat spem: Sic tribulatio iustorũ spem habet annexam. iuxta illud. sap. ij. Si corã hominibus tormenta passi sunt spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati in multis bene disponentur ꝛc̃. Et Roma. v. dicit̃ ꝙ tribulatio patientiam operat̃. patientia autẽ ꝓbationem. probatio vero spem. ꝛc̃. O q̃ beati qui in hac ꝓcessione caputio nigro teguntur cum xp̃o ꝓcedentes in tribulationibus ꝛ patiẽdo sperantes/ quoniã ꝑm multitudinẽ dolorũ in corde consolationes dei letificabunt animam. ps̃. xciij. Oportet em̃ per mltas tribulationes nos intrare in regnum dei. actu. xiiij. Cantores in hac processione sunt sancti doctores qui cecinerunt dñi laudes. ita ꝙ in omnẽ terraz exiuit sonus eorũ: ꝛ in fines orbis terre verba eoꝝ. ps̃. xviij. Hij induti sunt cappis/ quia pontificali dignitate prediti sunt. vt gregori⁹. augustinus. ambrosius ꝛ alij multi.

¶ Parui chorales sunt innocentes ꝛ virgines/ qui non coinquinati sunt cũ mulierib⁹. Apo. xiiij. sed paucos hijs temporibus puto inueniri in ꝓcessione virgines tam masculos q̃ feminas Hij autem cãtabant canticũ nouum quod nemo poterat cãtare nisi ipsi. qꝛ dicere virgo sum nullus penitens potest: quoniã irreparabilis est virginitas amissa. C. de raptu virginũ. l. vnica. Ceroferarij hui⁹ processionis sunt boni sacerdotes. quibus dicit̃. math. v. vos estis lux mundi. ꝛ phi. ij. Sitis simplices sine querela filij dei sine reprehensione in medio nationis praue ꝛ peruerse: inter quos lucetis sicut luminaria in mũdo. verbũ vite continentes. ꝛc̃. sed heu nobis quia hodie pene extincta sunt hec luminaria / que de⁹ accendat. Crucem vero portat accolitus. i. status religiosorum. iuxta illud Qui vult venire post me abneget semetipsum ꝛ tollat crucez suã ꝛ sequat̃ me. math. xvj. Sed notãdũ est ꝙ oportet crucem ferre rectã nõ tortam. erectam. ꝛ non inclinatã Bedelli autẽ dirigentes processionẽ sunt sancti angeli/ qui sunt administratorij eoꝝ qui hereditatem capiũt salutis. heb. j. in fi. ꝛ ps̃. xc. Angelis suis deus mãdauit de te: vt custodiant te in omnib⁹ vijs tuis Immittit aũt angelos in circuitu dominus timentiũ eum: vt eripiant eos. ps̃. xxxiij. Non cessant igitur circuire ꝛ dirigere processionẽ dñi: in qua sunt omnes iusti bene coniuncti ꝛ ordinati quia oẽs iusti sunt concordes ꝛ pacifici. Inordinati autẽ ꝛ discordes in processione dñi non admittunt̃. sed expelluntur. Ideo nec oblationes dissidentiũ recipit dñs. xc. di. oblationes. ideo dicit prudẽ. Nil placitũ sine pace deo nec munus ad arã cũ cupias offerre probat. si turbida fratrẽ mẽs impacati sub pectoris oderit antro. quod totum elicitur. math. v. Si offers mun⁹ tuũ ad altare. ꝛc̃. Ergo simus in pace vt dño placeam⁹. ne habeat occasionẽ dñs dicendi verba sumpta pro themate multi bellantes aduersum me.

¶ Secundũ documentum est ꝙ est a nobis xp̃o obuiã euntibus lignũ floridũ deferendũ. iuxta illud. eccl̃i. xxxix Florete flores quasi lilium. Oportet enim nos esse sicut lignũ quod nunq̃ desinit facere fructũ Hie. xvij. Sicut vir qui stat iuxta aquas sacrarũ scripturarũ dant fructũ in tẽpore suo. ps̃. j. Lignũ aũt aridũ maledicit̃. math. vij. Et igni deputat̃. ioh. xxv. Non potest autẽ arbor facere fructũ nisi rore celi irroretur. Sic aĩa non potest meritorium opus producere sine gratia. Joh. xv. Sine me nichil potestis facere. Sed que poterit excusatio iuuare parisieñ. si non afferant fructum bonũ cum sint plantati iuxta aquas sapientie ꝛ scientie. que parisieñ. agrum iugiter interfluunt: quotidianos habent predicatores / ãmonitores assiduos / exempla religiosarũ personarũ. Sunt autẽ arbores ferentes quidẽ frondes sed nec flores odoriferos/ nec fructus

vt salices ⁊ populi. quibus comparantur habentes honestoꝝ sciẽtiam atq; diuinoꝝ absq; exercitio eius. quos philosophus dormienti comparat. ij. mo. c. vj. Et ibidem. c. x. dicit. nõ eum esse felicem qui habet scientiam ⁊ nescit ex quibus constet felicitas: sed qꝝ habet vsum earum rerũ quibus cõstatur felicitas. sic dicitur. Osee. x. vitis frondosa israel. Ex hijs etiam sunt nõ nulli qui multa loquacitate disputant fabulanturq; de celestibus. nichil vero in opere exercent. Sed dicit prosper. ꝙ fari rectum: miserũ est: ⁊ viuere praue. Horũ quoq; numero facile sociantur hipocrite / qui solis cerimonijs ⁊ exteriore apparẽtia demõstrãt sanctitatem: nichil intra ferentes odoris caritatis ⁊ sanctitatis. quĩ potius ambitionem atq; inuidiã ⁊ corruptissimam in visceribus mentem. Sũt alie arbores et folia: ⁊ flores proferentes / sed nõ fructus. quemadmodũ vlmus aut plantatio rose. quibus assimilantur habentes quidem scientiam diuinoꝝ / eaq; pro tẽpore seruantes. sed citius deferentes / qui ad tempus credunt / sicut flores pro tẽpore stant / ⁊ in tempore tẽptationis recedunt. lu. viij de quibus dicitur. pſ. xij. Tanq; flos agri sic efflorebit. Alie sunt arbores q̃ proferunt frondes: flores et fructus / vt amigdala. oliue. pomeria. ⁊ huiusmodi. tales sunt qui ⁊ bona sciũt ⁊ bona volunt. ⁊ bona faciũt. videat vnusquisq; ramum quẽ in manu gestauit hoc mane. an flores habeat ⁊ fructus puto paucos esse.

¶ Tertiũ documentũ est ꝙ est dulce carmem dño decantandũ. quia pueri hebreorum cecinerũt domino. Osanna filio dauid. benedictus qui vẽit in nomine dñi. Sunt enim dicẽtes osanna. i. laudem dicentes: sed nõ filio dauid. Sicut sunt adulatores / qui beatificant principes: sed dicitur. Esa. iij. Populus meus qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt. ⁊ viam gressuũ tuorum dissipant / sed vt dicitur. Esa. ix. qui beatificant populum istum et qui beatificantur precipitati. Alij dicunt Osanna filio dauid. i. laudant christũ ore quidem / sed non corde neq; opere Esa. xxix. ⁊ Math. xv. Populus iste labijs me honorat. cor autem eorũ lõge est a me. Ideo hij non dicunt benedictus qui venit in nomine domini. Tales sunt mali religiosi ⁊ viri ecclesiastici / de quibus dicitur. pſ. lxxvij. dilexerũt eum in ore suo ⁊ lingua sua mentiti sunt ei. ⁊c. Alij vero dicunt hymnum completũ. Osanna filio dauid. benedictus qui venit in nomĩe domini. quia sicut labijs honorãt / sic corde recipiunt dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini. In quo cantu est tenor veritas iusticie. quam oportet semper recte seruare. sicut tenor semper tenet lineam suam. qui autem vacillat non bene canere potest / ⁊ facit errare alios inducens dissonãtiam. Ideo dicitur michee. vj. ꝙ facere iudicium ⁊ iusticiã ⁊ ambulare recte coram deo placet illi. In hoc cantu tenens supremum est caritas que supereminet omnibus virtutibus. j. Chorin. xiij. Que est recta voluntas iuncta deo inseparabiliter de pe. di. ij. Caritas est vt michi videtur. Contra tenor est misericordia / que in alijs temperat seueritatem iusticie. sicut dominus facit. de peni. di. j. vide benignũ dñm mĩam cũ seueritate miscentem. Bassus est hũilitas que semp deprimit mentẽ. ⁊ sicut ille meliorẽ vocẽ habet qui bassiorẽ seu depressiorẽ habet vocem. Sic qui profundius se humiliat coram deo gratior est illi. eccli. vij. Humilia valde spiritũ tuum. hãc vocem habuit illa gloriosa virgo q̃ cecinit. Respexit humilitatẽ ancille sue lu. j. Ergo cantemus dño glorioſe eñ honorificatus est / exo. xv. Cãtate dño ⁊ bñdicite noĩ eius. annunciate de die in diẽ salutare ei⁹ / Sed qñ multi sunt obuiã venientes dño vt resistant saluti eius per peccatorũ oppositionem / digne dicit verba sumpta pro themate. Multi bellantes aduersum me. ⁊c.

¶ Feria secũda post dñicam in Ramis.

Multi bellantes aduersum me.ps.lv. In presenti euãgelio Joh.xij.dicitur q̃ fecerunt cenã dño in bethania. vbi maria sumpto vnguento precioso vnxit pedes dñi ꝛ domus repleta est ex odore vnguẽti. Sic in vtero virginis fecit deus nuptias filio suo/ vbi maria ẽgo preciosum effudit vnguentũ caritatis humilitatis fidei/ ꝛ virginitatis: confectũ radicibus/ cuius odore deus ipse delectat? est ideo canit.cã.j. dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suauitatis. vt igit̃ nos dignũ dño offeram? vnguentũ mariã salutem? Aue.

¶ In presenti euangelio tria sumim? documenta. videlicet q̃ mirabilis est christi dignatio nobiscum epulantis. Secundo. q̃ impreciabilis est estimatio anime redolentis.

Tertio. q̃ detestabilis est malignatio auaricie murmurantis.

¶ Circa primũ dicit̃ q̃ ante sex dies pasche venit iesus bethaniã vbi lazarus fuerat mortuus quẽ suscitauit iesus. fecerũt aũt ei cenã ibi/ ꝛ martha ministrabat. lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cũ eo. In quibus verbis primo tangit tempus opportunum ibi ante sex dies pasche. Ostendens quoniã sex dierũ nobis dantur indutie ad bene operandũ. Sex etem̃ diebus fecit deus celũ ꝛ terram ꝛ que in eis sunt.geñ.j. Sic sex diebus oĩe tempus vite hominis comprehẽditur in quo bonũ operari debem?.gala.vj. dũ tẽpus habem? opemur bonũ. Nã in die festo pasche.i.in morte/ nõ licebit opari.ioh.ix. venit nox i qua nemo põt opari. Qui aũt hijs sex dieb? nult opari: nõ poterit ad pascha q̃etis ppetue puenire. Sũt igit̃ qui nũc suũ pascha faciũt/ q̃ in labore hoĩm nõ sunt/ vt magnates oẽs: hij laborabũt in eternũ i inferno.ps.xlviij.nec pderit illis labor eor.q̃ vero nũc laborãt bene agẽdo/ pascha cũ xpo ppetue q̃etis hẽbũt

¶ Scdo tangit locũ congruũ. dicẽs venit in bethaniã. que interpretatur. domus obedientie. Neq̃ em̃ venit dominus ad cenandũ in domo superbor̃ ꝛ rebelliũ. sed obedientiũ ꝛ humilium quia respicit ad humiles spiritu.esa. vl. Ad quem respiciã nisi ad pauperculum ꝛ contritũ spiritu ꝛ trementem sermões meos.idez.lvij. Excelsus habitans eternitatem ꝛ cũ contrito ꝛ humili spiritu. vt viuificet spiritum humilium ꝛ contritor̃. Nã etiam bethania interpretatur domus afflictionis. In domo igitur contritor̃ ꝛ afflictorum per penitentiã dominus habitat Esa.lxij. vt mederer contritis corde. vt consolarer lugentes misit me dominus. Interpretatur etiã bethania domus doni dei. sic dñs habitat cũ hñtibus donũ gratie. quã ipse prebet.

¶ Tertio tãgit mysteriũ factũ. dicẽs vbi lazarus fuerat mortuus quẽ suscitauit iesus. ecce qualis domus in quatam mirãdum patratũ est opus. Sic spiritualiter venit dñs in aiam/ q̃ per penitentiam est a mortuis suscitata. Ephe.ij. cũ mortui essetis in delictis ꝛ peccatis cõuiuificat vos. Ergo surge q̃ dormis ꝛ exurge a mortuis/ ꝛ illuminabit te xps.ephe.v. Nullus mori põt vbi phẽnis est vita. xps em̃ vita est ioh.xiiij. nõ igit̃ mors ꝛ vita simul habitant. si quis autem peccatis obrut? est: christum inuocet ꝛ reuiuiscet.

¶ Quarto tangit cõuiuium paratũ. Ibi fecerunt aũt ei cenam ibi/ in qua cena martha ministrabat. Quod est quintum. videlicz officium necessariũ ꝛ lazarus erat vnus ex discumbentibus. quod est sertum. i. comitatũ gratũ. Nẽsa firmit̃ collocata nõ vacillãs est ꝓpositũ firmũ nõ reuertẽdi ad peccata. Nã optimũ est gra stabilire cor. heb.vltimo. Sal est sapiẽtia qua sapimus corã deo/ quod quidẽ sal habent qui deo placere sciũt. Nappa alba et munda est conscientia munda/ nõ maculata luxuria/ neq̃ luto auaritie/ neq̃ fumo superbie/ neq̃ inuidia/ neq̃ iracundia/ nec alio quouis peccato. Conuiuium autem fuit paratum occisis altilibus seu alitibus. i. peccatis

ſuperbie/arrogantie/iactantie/ temeritatis/pręſumptiõis/ambitionis. In hoc conuiuio interficiũtur etiam oẽs peccatores terre. pſ. c. i. thauri luxurie. vituli diſſolutiõis/arietes inuidie boues pigricie/ lepores puſillanimitatis cerui vanitatis/ aper iracundie/et cetera huiuſmodi. Magiſter autẽ hoſpicij eſt ratio. que oĩa debet dirigere quia genus hominũ ſolum ratione viuit. j. metha. Hã ſm ſenecã. Optimũ in homine eſt ratio. hac antecellit animalia/ſequũt deũ. vbi autẽ hic eſt magiſter domus nõ habet imperiũ. chriſtus non venit ad cenandũ/quia nemi nem diligit deus niſi eũ qui cũ ſapientia inhabitat. ſap. vij. Locus autẽ eſt voluntas que cibaria diſponit / qr voluntate maleficia diſtinguunt. extra de ſen. excõ. cũ voluntate. ſic ꝛ opera bona. quia voluntas in oĩbus ſpectatur. C. de nuptijs. l. in copulandis. Volũtas eñ condimentũ cibis apponit vel approbationis. i. ſuauis guſtus vt placeant deo. vel reprobationis. i. vt diſpliceant/quia deus plus intentionem reſpicit ꝙ opus: quoniã etiã opus bonum ex genere/malũ efficitur ex intẽtione. Seruitor aũt in hac cena eſt intellectus q negociatur diſcurrẽs huc ꝛ illuc. Vinũ in cena eſt ſpiritualis leticia/quoniã vinũ letificat cor hominis. pſ. ciij. vinum albũ ſiue aqua miſcetur vinũ: ſũt lachrime. pſ. cj. potum meũ cum fletu miſcebã. idẽ. lxxix Potũ dabis nobis in lachrimis. Aula eſt affectio ſiue liberũ arbitriũ. que debet eſſe aperta xpõ. apo. iij. Ego ſto ad oſtium ꝛ pulſo: ſi quis mihi aperuerit intrabo ad eũ ꝛ cenabo cũ eo/ ꝛ ipſe mecũ. ſed huc non debent intromitti extranei ꝛ latrones q aſportare poſſent ıocalia. hij latrones ſunt male cogitationes que deprędant aĩam. oſee. vij. fur ingreſſus eſt ſpoliãs. Adorate igitur dñm in aula ſcta eius. pſ. xxvij In hoc cõuiuio habent cãtores ꝛ muſici. pſ. xlj. In voce cõfeſſionis ꝛ exultationis ſonus epulantis. Martha miniſtrat in conuiuio / quia vita actiua offert contẽplatiue quod comedat. i. materiam orandi ꝛ ad deũ recurrẽdi. Item qr ſuſtentat vitã cõtemplatiuã que ſine actiua ſtare non poſſet. Hic lazarus reſuſcitatus recũbit in cena/ quia peccator per penitentiã viuificatus in conſolatione admittitur/ q ſacco conciſſo leticia circundat. pſ. xxix O beati qui in hanc cenã admittũtur Amicos certe eſſe oportet ꝛ familiares. ideo dicit. cã. v. Comedite ꝛ bibite amici: ꝛ inebriamini chariſſimi. beati dicũtur qui vocati ſunt ad nuptias agni. apo. xix. Ecce q̃ta xpi dignatio qui dignatur in domũculã aĩe noſtre cenam facere. ꝛ profecto ipſe oĩa ſecũ cibaria vel ſaltem condimentũ affert quo bona fiunt. i. gratiam. Poſſet hic aliquid dici de ſacramẽto altaris. ſed quia veniunt hoſtes ad turbandũ conuiuantes. i. paſſiones ꝛ occaſiões peccatorũ que impediũt aĩam a cena dñi digne dicit verba ſumpta p themate. Multi bellantes aduerſum me.

¶ Secundũ documentũ eſt q̃ impreciabilis eſt eſtimatio anime penitẽtis iuxta illud. Non eſt condigna põderatio aĩme continentis. eccli. xxvj. ꝛ circa hoc dicit in euangelio. maria ergo accepit libr̃ã vnguẽti nardi piſtici precioſi: ꝛ vnxit pedes ieſu: ꝛ domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Jam redolet maria que prius fetebat/ quia vnguentũ precioſum portabat. confectũ ex nardo humilitatis que maxime in cõſpectu dei redolet. cã. j. dũ eſſet rex in accubitu ſuo nardꝰ mea dedit odorem ſuauitatis. Sic omnes penitẽtes humiliati placent deo. pſ. l. Cor cõtritum ꝛ humiliatũ deus non deſpicies. Sed nunquid humiliatũ eſt cor nr̃m: nunquid penitet nos offendiſſe deum ꝛ amiſiſſe gratiã eiꝰ q p nobis ad mortem vadit: q ſeipm nobis in cibũ tradit Secũdo conficitur vnguentũ ex mirrha caſtitatis. Mirrha eñ ſeruat corpus a putrefactiõe. Mõ igitur vnguẽtum odoriferũ habent luxurie dediti Ua fetidi peccatores. ve vobis qr indigni cena xpi iudicabimini. In hoc

vnguento etiam est balsamum nõ mixtum caritate. Eccli. xxiiij. i. caritas pura non mixta terrenis affectibus. Hoc vnguentũ non habent inuidi putrescentes: q̃ putredo ossium inuidia puer. xv. Non igitur venirent ad cõuiuium dñi: neq̃ auari: qui nõ modo non vngunt pedes dñi. verum etiã excoriant pedes. i. pauperes: sed q̃ non erunt in hac cena dñi: erunt collocati in coquina inferni. Ungebat igit̃ maria pedes ieſu. Jesus autem cor eius impinguabat. Qui enĩ vngit pedes Jesu dans pauperibus elemosinam/ vnctionem a dño recipiet in corde. i. gratiam. Effuso autem vnguento domus odore repleꝝ. Neq̃ enĩ sapit vnguentum reclusum: sed effusum. Sic bona fama diuulgata sapit. Cantic. j. Oleum effusum nomen tuum. Beati qui effundunt bonam famã qui christi bonus odor sunt. ij. Corint. ij. Sed inuidi hũc odorem inficere querunt. vt feteat. Exo. v. Fetere fecistis odorem nostrũ. Impediunt enim suis detractionibus ne ceteri currant in odorem vnguentorũ iustitie. Can. j. Sũt autem qui effundũt odorem pessimũ male vite ⁊ scandalose. Alij proferũt odorem fumi. Sap. xj. Heu q̃ multi sunt ecclesiastici prelati qui fetentem hominibus prebẽt sue cõuersationis odorem/ qui deberent odorẽ suauitatis effundere. sicut ager plen⁹ cui benedixit domin⁹. Genĩ. xxvij. Ideo dicitur Esa. iij. Erit p̃ suauitate fetor. et quidem hoc odore atq̃ fetore mundus inficitur: sicut dicitur q̃ ex putrido anthiochi corpe odor et fetor emanabat quo grauabatur exercitus. ij. Macha. ix. Aspice nunc Mariam vnguentum deferentẽ christi pedes vngentem: capillis tergentem: et domũ odore suaui replẽtem. Sic anima deuota in christi conuiuio vnguentũ habet deuotiõis quo vngit pedes: id est humanitatem domini contemplando et passionem eius deplorando.

¶ Tertium documentum est q̃ detestabilis est malignatio auaricie murmurantis. Quia dicitur q̃ discipuli id est iudas cõmotor aliorum murmurabant dicentes. Quare hoc vnguẽtum non venundatũ est trecentis denarijs ⁊c. Ubi notãdum q̃ ꝑm Johãnem solus iudas murmurauit/ nõ q̃ de egenis pertineret ad eum/ sed q̃ fur erat: et loculos habens ea q̃ christo donabantur portabat/ et putabat se potuisse in hoc lucrari. Unde quoniam ad oñe maleficiũ impellit auaricia: hec iudam ad sui dñi pepulit p̃ditionem/ qui tandem laqueo se suspẽdit. Murmuratores igitur sunt socij iude proditoris. Solent antẽ pleriq̃ subditi cum aliquid viderint in honorem prelatorum aut necessitates expendi subito venena murmurationis emittere: et quare hoc fiat inquirẽdo querelare. Sed dicit̃ Sap. j. Custodite vos a murmuratione q̃ nihil prodest: ⁊ a detractione parcite lingue/ quia sermo obscurus in vacuum non ibit ⁊c.

¶ Feria tertia post dñicam in ramis palmarũ.

Multi bellantes aduersum me. ps. lv. Hodie non habemus euangeliũ nisi passionem quam oportet inci pere ꝑm Mattheũ. xxvj. vbi dixit domin⁹ discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet. ⁊ filius hominis tradetur vt crucifigatur. vbi tangit certitudinem noticie/ dicens scitis. Nam scientia est eorum que habentur per demonstrationem Ideo est certa. fides autem est de incognitis per sensus/ ⁊ indemonstrabilibus. Hebreo. xj. Opinio aũt est de dubijs et que aliter se possunt habere. Sciebant autem discipuli q̃ festũ pasche fiebat tali tempore apud iudeos: quia hoc sepius/ imno semper fieri viderant. Hunc vero sic est q̃ plus hijs que sciuntur/ q̃ hijs que creduntur homines attendunt: dicentes illud Eccls. vj. Melius est videre q̃

cupias: q̃ desiderare q̃ nescias.

¶ Secundo tangit artitudinem letitie: ibi post biduum. Breue enim est tempus.j. Lor. vij. et quidem temp⁹ letitie huius mundi: quia gaudiũ hypocrite ad instar puncti. Job. xx. Biduum habemus in hac vita: id est vnã diem iuuentutis: et vnam senectutis. vnam diem penitentie: et vnam venie vnam diem dulcedinis: et vnã amaritudinis. ¶ Et post hoc biduum fiet pascha. vbi tangit tertium. i. pulchritudinem glorie. Nam festũ pasche est festum resurrectionis ⁊ glorie. Transeamus ergo digne hoc biduum in dolore ⁊ veniamus ad pascha cũ honore. Scõm autem interpretationẽ hebraicam pascha interpretatur transitus. Sic nos post biduũ facim⁹ trãsitum a vita ad mortem. dicitur enĩ nobis. transi hinc/ ⁊ vade in iudeã. Joh. vij. Transi quasi terram tuũ fluuium filia maris. Esa. xxiij. Terram quasi fluuiũ transit homo: qui vitam in terreno corpore flumĩs more percurrit. j. Reg. xiiij. Oĩes morimur ⁊ quasi aque dilabimur in terram que non reuertuntur.

¶ Quarto tangit amaritudinem calamitatis future dicens. et filius hominis tradetur vt crucifigatur. vbi notat turpitudinem mortis obscure. vbi patet christum presciuisse que vẽtura erant super eum. Johan. xviij. Hic enim predixit suam traditionem et crucifixionem. Tradetur ergo dominus iustus pro iniustis. j. Pet. iij. tradetur volẽs. Esa. liij. Oblatus est quia ipse voluit/ non quidem pro peccatis aut delictis suis: sed nostris. j. Pet. iij. Pro peccatis nostris mortuus est iustus p iniustis. Sed neq̃ traditus iudici iusto/ sed iniquo. j. pe. ij. Tradebat autem se iudicanti iniuste/ qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Traditus est ab amico falso: a propo. seruo: a familiari domestico. Ideo dicebat Luc. xxij. Ecce manus me tradentis mecum est in mensa. Ideo dicit ps̃. liij. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtiq̃. et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. tu vero homo vnanimis dux meus et not⁹ meus/ qui simul mecũ dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauim⁹ cum consensu ⁊c̃.

¶ Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cayphas: et consilium fecerunt: vt Jesum dolo tenerent et occiderẽt. Dicebant autem. Non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. De hoc consilio diximus supra in sermone ferie sexte: post dñicam de passione. vnum superest dicendum q̃ dicit̃ vt eum dolo tenerent et occiderent. Prouerb. xij. Dolus in corde cogitãtium mala. qui autem pacis ineunt consilia sequitur eos gaudium. Non tamen oĩs dolus est malus: sed est bonus et malus dolus. ff. de dolo malo. l. j. Bonus dolus est qui contra hostem machinatur. Isti vero dolum malum exercebant. Post autem hoc: consilium factum recessit dominus a iudea et iuit in regionem iuxta desertum in ciuitatẽ que dicitur effren. vt dicitur Johan. xj. in fine.

¶ Postea vero venit bethaniam: vt habetur Johan. xij. Vbi fecerunt ei cenam (sicut heri diximus) vbi iudas murmurauit contra Magdalenam dicens. quare hoc vnguentum nõ venit trecentis denarijs et datum est egenis? Dixit autem hoc nõ quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat ⁊ loculos habens ea que mittebantur portabat. Sed Mattheus introducit alios discipulos pariter murmurantes: et dicit vnguentum fuisse effusum super caput domini: quod Johannes dicit super pedes. vbi dicendum q̃ non repugnat q̃ maria habuerit duplex vnguẽtum. vnũ pro capite et aliud pro pedibus/ vel q̃ eodem caput ⁊ pedes vnxerit.

¶ Nam alio vnguento vngimus ca-

put domini. id est caritate et laude. Quod improperat domin⁹ phariseo Luce.vij. Oleo caput meum non vnxisti. Aliud est vnguentum quo vngimus pedes. id est contritio qua nos vsq; ad terram prosternimus. Aliud quo corpus domini vngimus: et hoc est elemosina que effunditur in membra Christi. Q; autem discipuli indignati sint cum iuda dicẽtes. Ut quid perditio hec? Dicendum q; iudas fuit motor huius murmurationis tanq; seditiosus. Ideo ad eum tanq; ad principalem beatus Johannes conuertit sermonem. Eodẽ modo in congregationibus (qui oñibus peior est) semper alios ad seditionẽ et murmurationem contra prelatum incitat. Ideo dicit salo. prouer. xxvj. Susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Prohibet autem dñs dicens. Leui. ix. Non eris criminator neq; susurro in populis. Eccli. xxviij. Susurro et bilinguis maledictus: multos enĩ turbauit pacem habentes. Custodite ergo vos a murmuratiõe / et a detractione / parcite lingue. qm̃ tumultus murmurationũ non abscondetur. Sap. j.

¶ In hac murmuratione habemus considerare.

Auariciam iude instigantem.

Malitiam murmurantem.

Et modestiam dñi excusantẽ.

¶ Auaricia iude patet per illud q̃d dicitur Joh. xij. q; nõ propter egenorum pietatẽ hoc dicebat / sed propter furtũ et propriũ cõmodũ q̃d amabat sicut pene oẽs thesaurarij et receptores faciunt. de quib⁹ supra dictũ est in sermone dñice scde. Dix enĩ reperitur dispensator fidelis. j. Cor. iiij.

¶ Ex hoc passu arguitur q; Christ⁹ habuit loculos / sed dicendum q; non pro se: sed non pro pauperibus et necessitatib⁹ discipulorum. sicut Joh. iiij. dicitur q; discipuli ierant ad ciuitatem ad emendos cibos. Non enĩ facile inueniuntur pro multis cibi gratis. Aliquid igĩ permittitur pro cõitate / quod non licet pro singulari persona. Considera igitur auariciam impellere ad oñe maleficium. Auaricia iudam ad prodendum incitat christũ seruos prouocat contra dominũ. amicorum dissoluit concordiam. filios armat in parentes. Auaricia lites suscitat: iurgia mouet: scandala parat: homicidia meditatur: venena cõficit: pditiones generat: parturit furta: rapinam gignit: castitatem prostituit: honorem sternit: veritatem proijcit: mẽdacia profert: deceptionem suscipit: despicit pericula: ad mortes impellit et oñe malum operatur.

¶ Secundo tangitur malicia murmurantis vt quid perditio hec? poterat enim hoc vnguentum venundari multo: et dari pauperibus. vt quid pditio hec? Conferre beneficia vitiosis et indoctis? vt quid perditio hec? tẽporis inaniter consumpti? vt quid pditio hec seruicij mũdo inutiliter impensi? vt quid perditio hec / sumptuũ superflue et sine fructu factorum? Murmuret contra seipsum peccator dicens. vt quid perditio hec. amisse gratie voluptatis acquisite: et sciẽtie inutiliter congregate? Non est autẽ murmurandum de hijs que pauperibus erogantur. que plerisq; perdita putant dicens. vt quid perditio hec: hominem doctũ et preclarum intrasse religionem: pulchram domicellam intrasse monasterium? vt quid perditio hec (inquiunt) edificasse ecclesias dedisse elemosinas? Nõ perdita sunt que pro christi nomine fiunt. Cetera potius oñia perdita sunt que nõ christi gratia fiunt. Poterat hoc vnguentum venundari multo. Huc simoniaci prebete aures. vestra hec est murmuratio. Potest vnguentum scientie verbi dei. vnguentum gratie spiritualis in ministerio confessionis / collationis ordinis / collationis beneficiorum electiõis episcopi / vel alterius dignitatis venundari multo. hoc vos venditis vnguentum impreciabile / inuẽdibile: inemptibile: filij iude proditoris estis. sed nec venditis vt paupib⁹

tribuatis/sed potiꝰ vt meretrices nutriatis atq; lenones/equos et canes/ aueſq; rapaces. tanta igitur videns fãcta dei lex auaros/murmuratores ſimoniacos/ cõtra ſe venientes digne dicit ỹba ſumpta pro themate. Multi bellantes aduerſum me.

¶ Tertio tãgitur modeſtia excuſantis dñi ꝛ dicẽtis. Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enĩ bonum operata eſt ĩ me. Nam ſemper pauperes habebitis vobiſcum/quibus cũ volueritis poteſtis bene facere: me autẽ nõ ſemper habebitis. Amen dico vobis: vbicũq; predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur q; hec in memoriã eius fecit. In quibꝰ verbis quattuor tangit. Primo excuſat ſexum fragilem dicens. quid moleſti eſtis mulieri? Non enĩ decet viros feminis eſſe moleſtos. turpe nimis viro cum muliere contendere. Ideo moleſtiam feminis inferens vir: nõ niſi vesanus et exors eſſe poteſt. Indignũ ducit magnanimus iraſci puſillo/ in feminam vero excandeſcere fedum. Indigna mulier eſt ira viri ſapientis atq; preclari.

¶ Secũdo laudat actum cõmendabilem dicens. Bonum opus operata eſt in me. bonum opus operatur q; cõpatitur xpõ/qui eũ honorat/qui eum laudat ꝛ adorat/qui pauperes recreat/qui conſolatur afflictos: quia hoc eſt qõd Chriſtus venit facere in hunc mundũ. Eſa. lxij. Bonum opus facit qui concordat litigãtes/qui reuocat errantes/qui reformat diſſolutos/q; percutit impios/q; corrigit delinquẽtes/qui miſericordie opera complet/ talem laudabunt in portis opera eiꝰ. Prouer. vlt. Sed non laudabit quaſi opus bonum fecerit qui deflorauit virginem/qui lenocinatus eſt coniugatam/qui decipit proximum/qui percuſſit iuſtum/qui oppreſſit pupillum/qui viduam ſpoliauit/qui rapuit pauperem/ qui accuſauit innocentem/qui diffamauit ſanctum/ qui iudicauit falſum/qui falſum protulit teſtimonium/qui occidit inſontem/qui mouit lites/qui ſuſcitauit bella/ qui excitauit rixas/qui commiſit adulteriũ aut aliud peccatum commiſit. Videatis domini auditores an mereamini de bono opere a Chriſto laudari: vel de malo vituperari?

¶ Tertio probat ſtatum debilem dicens. Nam pauperes ꝛc. Non igitur deeſſe poſſunt pauperes/ cum oĩes querant fieri diuites. neceſſe eſt enim quod alteri adijcitur: alteri auferaꝝ. quoniam non maior fit mundus multiplicatis hominibus. Non poſſunt autem plures eadem habere. Multos pauperes faciunt vſurarij: aduocati: procuratores: iniqui iudices: fures: raptores: armigeri: meretrices: luſores: comeſſatores: quomodo igit deficerent pauperes tot habentes factores? Quibus adde principes exactores: impios receptores: theſaurarios: et cetera id genus.

¶ Sunt autem in triplici genere aliqui violenti/id eſt qui violenter effecti ſunt pauperes: incẽdio/ bello/ furto/rapina: vel alio modo fortuito. et hijs eſt compatiẽdum quaſi ſuper cõtritione Joſeph. Amos. vj. Sunt alij pauperes ex negligentia: quia nolũt laborare: vt ſunt mendicantes validi. C. de mendi. validis: et iſtis non eſt multum compatiendum/ quia vt dicit apoſtolus. Qui non laborat: non manducet. Sunt alij pauperes ex beniuolentia: vt ſunt religioſi qui Chriſtum ſequuntur/electi in camino paupertatis. Eſa. xlviij. Et hij laudabiles ſunt: ſi ſimpliciter propter deum hoc faciunt: et tunc pauperies/ſi leta venit/ditiſſima res eſt: et beatificãtur. Matth. v. Ergo bene facite pauperibus: quia beatus qui intelligit ſuper egenum. pſ. xl. vide Eccli. iiij. in principio capituli.

¶ Quarto notat actum memorabilem dicens. Me autem non ſemp habebitis vobiſcum. Ideo vbicũq; predicatum fuerit hoc euangelium dicetur q; hoc fecit in memoriã eiꝰ. Nam

boni operis memorabile est testimonium. Sed videatis domini auditores que memoranda egeritis opera: credo ꝙ virtutis nullū potestis ostendere signum.

¶ Post hec venit Jesꝰ hierosolimā cui obuiarūt turbe cū cantico. Osanna filio Dauid. sicut hesterna die audistis. Sed puto ante egressum a bethania licentiam accepisse eum a virgine matre que in bethania erat. Omissis autē nunc om̄ibus alijs doloribus beate virginis quos pro nobꝫ patiens christus tulit/ ⁊ ei dedit considerationis aciem ad vltimos dolores conuertimꝰ. videlicet ad eū dolorem quē habuit quādo xp̄s ei valedixit: et mysteriū passionis reuelauit. Puto quia tūc in secreto camere positi dn̄s matrem piam lachrimosis tacitus intuebatur oculis/ et profunda ex cordis penetralibus exhauriēs suspiria: nil nisi miti respectu crebroqꝫ singultu poterat indicare. quem vt viscerosa mater insolita conspexit mesticia tabefactū/ agnoscens quadā pulsantis animi suspiciosa reuelatione ꝓpinquum sibi illud simeonis propheticum p̄sagium īminere/ qđ vt ab eo in tēplo audiuit post filij presentationē nunq̄ꝫ destitit sibi oēm horam suspectam habere: qua doloris gladio perfoderet̄ sanctissima eius aīa/ tūc amaritudīs ꝑcussa telo ⁊ pene exanimis effecta crebras cepit oculis lachrimas ministrare. Tunc roseo priuata colore: pallida ceperunt ꝯtremiscere labra: vultūqꝫ solitus decor abscessit. Sicqꝫ mutuis lachrimis sine voce loquunt̄/ nec restricta poterāt guttura voces dare. Tandē filium dulcissima mater amplectēs/ qua potuit tremula voce semiplenoqꝫ ꝟbo dixit. O nate mi carissime/ indica mihi q̄so/ q̄ tui tanti cā doloris: aperi citiꝰ obsecro q̄ te mala p̄munt: et q̄d misere matri calamitatꝫ paratur. Cui filiꝰ extergēs lachrimosos oculos ait. O cara mat̄ me ne agnoscis: Que rn̄dit. Utiqꝫ te noui. en filius meꝰ tu es vnicus. tota spes et salus aīe mee. At ille. Nō ergo aliter me agnoscis: Et illa. Te mihi nūcio gabriele de celis agnosco missū quē sola ꝟgo peperi: vberibusqꝫ lactaui. te filium vnicū dei. vnicūqꝫ matris agnosco. Num aliud de me (inq̄t ille) nosti: Scio ait illa te mundi saluatorem scripturis proclamatū. Cui ille/ et q̄ in scripturis de me continent̄/ necessario opꝫ adimpleri. Profecto nasci nō satis est: nec in mūdo vsqꝫ adeo plurima cū penuria: tantisqꝫ laboribꝰ permāsisse: immo nec tot tātasqꝫ iniurias tulisse et ꝑsecutiones sufficit/ sed etiam mori necesse est. et nō modo mori: sed ea morte q̄ nulla vnq̄ꝫ acerbior aut confusibilior esse potest. Et hanc quidem nō vsqꝫ ad senectam putaueris (mater carissima) ꝓtelandam: sed hac ī etate florida mee iuuētutis/ ⁊ q̄dē nunc nūc excipe necesse est. Compatior tibi o pia mater: et tui me plus cruciāt p̄uisi dolores. me etenī publica senties voce dānari. ꝓtinusqꝫ onustum grauissima cruce filium tuū medio vico conspicies: cui vix appropinquare ꝑmissa sterneris turba ꝑ lutū. Et vix tunc me tuū (colore mutato) filium agnosces: squalida facies cruore ꝑfusa/ leprosi potius imaginem demonstrabit/ ⁊ aureas comas niger exsiccatus cruor in cincinnos vbiqꝫ voluet. lacteū quoqꝫ pectus vulneribus lacerū horridū tibi dabit aspectū: regiū quoqꝫ caput spinea serta cerebrū attingētia cingēt. Demū horrido me caluarie loco nudū alta in stipite fixū circūseptum latronibus hincinde videbis. vbi diras mortꝫ penas exoluā totius pro mūdi salute. hec mea sors hec mee stipendia vite/ hec meis meritis atqꝫ sanctis operibus premia debent̄. sed patri parere necesse est/ hec sua volūtas quā completurus in mūdum adueni. Sed non nimiū te (cara mater) turbari oportet. quoniam cito post triduum spoliatis infernalibus atrijs gloriosus ad te iā non vltra moriturus adueniam. Nunc vero solare mr̄/ et mihi iā proficiscenti ad mortē

materne precor benedictionis gratiã elargire. Tunc mestũ diffusa vultum genitrix infaustos auspicata dies/ deum supplicibus cepit infestare querelis/ cur in hanc vsq; diem tristi dederit vitam/ optatãq; mortẽ anticipare dolores exorabat. Sed vlteri⁹ nõ ferens filius matris angustias iterũ benedictionem expetebat. Tunc illa lachrimis ora rigãs amplexatũ vtraq; manu filiũ etherea in fronte deosculata est. stringebat placita amplexib⁹ pectora caris. Et tũc puto iudam venisse ad principes sacerdotum dicẽs. Quid vultis mihi dare et ego eũ vobis tradam? At illi promiserunt illi se daturos: et cõstituerunt ei. xxx. argẽteos/ et gauisi sunt. Cõclude ⁊c̃.

¶ Feria quarta mane.

Multi bellantes aduersum me. ps̃. lv. Postea que heri diximus inuenio q̃ dñs fecit sermonem discipulis de grano frumenti. Joh. xij. vt eos consolidaret et doceret de futuris. Dicit ergo. Amen dico vobis Nisi granũ frumenti cadens in terrã mortuum fuerit ipsum solum manet. si autẽ mortuum fuerit plurimũ fructum affert ⁊c̃.

¶ In quo sermone tria facit.

Primo ostendit sue mortis comparationem.

Secundo suorum sequaciũ exhortationem.

Tertio sue claritatis manifestationẽ.

¶ Circa primum dicit se esse similem grano frumẽti ⁊c̃. sicut enim post ei⁹ mortem germinauit fides multa grana fidelium. eodem modo quicumq; in semetipso non morit̃ in terra corporis sui mortificando scilicet carnalia desideria profecto non potest facere fructum. Huius grani mortificati similitudinem retinent boni religiosi: qui non sibi viuunt: sed christo dicentes. Viuo iam nõ ego: viuit autem in me christus. Sic Ro. vj. dicit apostolus. Nos oportere mori cum christo: vt simul viuamus cum eo. Concludit autẽ dicens. Itaq; estimate vos mortuos quidem esse peccato/ viuentes autem deo in christo Jesu. Mortuus est quippe qui desiderijs carnalibus renunciauit. Gala. v. Qui sunt christi carnem crucifixerunt cum vitijs ⁊ cõcupiscentijs. Mortuus est qui mũdi contemnit honores iuxta monitionẽ apostoli. Gala. vj. Non efficiamur inanis glorie cupidi ⁊c̃. Mortuus est qui diuitiarum non ambit affluxum. Gala. vj. Mundus mihi crucifix⁹ est et ego mundo. Et qui sic mortuus est iustificatus est a peccato. Roma. vj. Mortuus est qui propriã in seipso voluntatẽ mactauit. Esa. lviij. Si auerteris pedem vt non inueniatur voluntas tua. Tales sunt qui iuxta consiliũ dñi abnegauerunt semetipsos tollentes crucem suã et sequẽtes dominum Mat. xvj. Qd̃ presertim factum tangit religiosos. Et hec est p̃ciosa mors in cõspectu dñi sanctoꝝ eius. ps̃. cxv.

¶ Secundo tangit suorum sequaciũ exhortationẽ dicens. Qui amat animam suã in hoc mundo in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequatur. et vbi sum ego illic et minister meus erit.

¶ Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus. In quibus verbis tangit tria.

Primũ q̃ debemus sequi xp̃m ꝓpter damnationem effugiẽdam seu animam conseruandam.

Propter associationẽ ei⁹ acq̃rendã.

Et propter honorificationẽ obtinendam.

¶ Primo dicit eum qui presentis vite amore christum sequi cõtempserit perditurũ animã suã. Sed quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur: anime vero sue detrimentum patiatur? Matth. xvj. Quicũq; igit̃ animam delicijs occupant in presenti insipiẽter amant: quia in futuro tormentum pro delicijs excipient. Apo. xviij. Quantum glorificauit se ĩ delicijs tantum date ei tormentũ et luctum. Qui igitur amat animã suam p̃stans

ei concupiscentias eius in hoc mũdo odit eam/ qz preparauit ei penas ĩ inferno. Ideo dicitur Eccli.xviij. Si ꝑ stes anime tue concupiscentias eius/ faciet te in gaudium venire inimicis tuis. O lubrici attendite/ qui carnis desideria facitis: et scitote quia ꝙto ardentius delicias exquiritis. tanto dampnabili⁹ aiam vestram oditis. Inordinatus est amor admittens corpori voluptatem. qua perpetuam acq̃rit anima penalitatem. Inordinate se amat: qui delicias suas plusq̃ diuinũ amorem appreciatur. Oĩne siquidem peccatũ ex inordinato procedit amore/ quo quis plus se q̃ deum diligit. Ideo dicitur de pe.di.ij. Caritas est vt mihi videt q̃ ex ea parte quis peccat qua minus diligit/ scz deum. Dignum ẽ igitur vt qui se plusq̃ decuit contra dei legem amauit in presenti: eodem seipsum amore diligat in futuro. et tanto sit illi pena maior/ quo desiderate voluptatis carẽtia acerbior. quo enim quis sibi ardentius vult bonum: eo acerbius tollerat malum. ꝙto igitur peccatores magis seipos dilexerunt peccando: in inferno etiam seipsos eodem amore inordinato prosequentes dolebunt acrius de priuatione boni concupiti: et tormenti infli cti. Christus autem tradidit dilectã animam suam in manus inimicorum Viere. xij. propter nos/ quia posuit ꝑ peccato animã suam. Esa. liij. Exponẽs animã suam pro ouib⁹ suis. Joh. x. Maiorem autẽ hac dilectionem nemo habet. vt aniam suam ponat quis pro amicis suis.

¶ Secundo hortatur ad sui imitationem propter societatem eius promerendam dicens. Et qui odit animam suam in hoc mũdo: in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequatur. Vt vbi sum ego: illic et minister meus erit. Qui odit animã suam non prestans ei desideria eius. in vitam eternã custodiet eam. Quia qui spiritu facta carnis mortificãt vivent. Ro. viij. Vbi replebit in bonis desiderium suum. ps. cij. quia vacua presentibus delicijs: meretur adimpleri futurꝫ. Esa. lviij. Implebit splẽdoribus animã tuam/ que autem repleta est domibus iniquitatum in obscuritate terre. ps. lxxiij. Nõ poterit impleri beatitudine: quia non implet nisi qđ vacuũ est. Bonũ est igitur carere presentib⁹ bonis: vt impleamur eternis. Ideo dicitur Gala. vj. Spũ ambulate: et desideria carnis non perficietis. Neq̃ enim odit filium/ q̃ concupitum pomũ venenatũ non tribuit postulanti. Videtur tamen odire pater filium. cui desiderium non tribuit hoc iudicat/ qui causam recusationis ignorat. Non sic qui intelligit rationem. O dire videtur animã suam qui non modo non illi confert delicias ꝙs appetit/ sed etiam mala imponit que refugit: id est penitentiam: penas: labores. et mortem si expediat propter deum. veluti sancti martyres fecere. Sed ꝑfecto hij amant: quia delicias perpetuas illi preparant. Tunc enim christum sequitur ministrans ei: et secum est in presenti quidem in passione: in futuro autem secũ erit in consolatione. j. Corinth. j. Si socij passionũ fuerimus erimus et consolationum. et Roma. vj. Si enĩ complantati fuerimus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Sunt autẽ qui volunt esse socij mense christi. sed non angustie. Eccli. xxxvij. Est amicus socius mense/ sed nõ permanebit in die tribulationis. Non sic impij: nõ sic. sed vbicũq̃ fuerit christus siue in cruce/ siue in sepulchro/ siue in celo/ illic sit minister eius necesse est. quoniã vbiq̃ decet fidelem seruum sequi dominum suum. et profecto vbiq̃ gloria magna sequi dominum. Eccliast. xxiij. in fine. cui potest male esse q̃ est cum eo/ qui est oĩne bonum? minister ꝑi in gloria erit et honore/ nõ modo cum honoratur. sed etiam cum despicitur: quia quem homines ꝑpter deũ despiciunt: angeli veneranꝫ et deus honorat. ps. cviij. Maledicent illi: et tu

benedices.qui insurgũt in me cõfundentur:seruus autem tuus letabit̃.letabitur quidem non modo in prosperis:sed etiam aduersis:quia diligentibus deum oñia cooperãtur in bonũ. Ro.viij. Ergo sequamur xp̃m per lutum:per planum: per montes et valles.vt vbi ip̃e est:t nos eẽ mereamur.

¶ Tertio hortatur ad sui imitationẽ propter honorificationem obtinendã dicens. Si quis mihi ministrauerit. honorificabit eum pater meus qui ẽ in celis. Dignum est enĩ p̃cipis amicos honorari.ps̃.cxxxviij. Nimis honorati sunt amici tui deus. Nam de⁹ honorificat honorantes se.j. Reg.ij. Quicũq; honorificabit me glorificabo eũ:et qui contẽnunt me erũt ignobiles. Tanto igitur maiore digni sunt honore in celo/qui maiore propter deum cõfusione hũiliati sunt in hoc mũdo. Jdeo enĩ xp̃us glorificatus est in dextera patris:quia hũiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem confusibilissimã. Phi.ij.

¶ Tertio tãgit dñs sue claritatis manifestationem dicens. Pater clarifica nomen tuũ. vbi tria facit.

Primo ostendit se claritatem habere a deo.

Scdo ostendit se lucem esse in mũdo.

Tertio ostendit lucem non patere obstinato.

¶ Circa primũ dicit. Pater clarifica nomen tuũ cui facta est vox dicẽs et clarificaui t iterũ clarificabo:ostẽdens q̃ claricationẽ ab hoĩbus non appetebat:sed a deo. Joh.v. Claritatem ab hoĩbus nõ accipio/ neq; enim sol indiget facib⁹ vt luceat. Sic xp̃us non indigebat hoĩm laudib⁹.oñdens q̃ nec nos ab alio q̃ a deo claritatem petere non debem⁹:quia non qui seipsum commendat ille probatus est/sed quem deus cõmendat.

¶ Scdo ostẽdit se lucem esse in mundo dicẽs. Adhuc modicũ lumen ĩ vobis est:ambulate dũ lucem habet̃ vt non vos tenebre comphendant: t qui ambulat in tenebris nescit quo vadat sic Hiere.xiij. Date gloriam deo ante q̃ offendant pedes vestri ad montes caliginosos:et obtenebrescat. Sed vẽturus erat ventus passionis t mortis qui candelam extingueret ad temp⁹. Jdeo extinguuntur luminaria in officio t fiunt tenebre in signum q̃ mortuo chr̃isto in cordib⁹ nostris in tenebris sumus. Et vere tunc mundi lux fuit extincta/ quãdo in cruce separata fuit a chr̃isti corpore eius anima.

¶ Tertio oñdit q̃ lux nõ lucet in peccato dicẽs. Cum tanta signa fecisset coram eis non credebãt in eum/q̃ dixit Esa.vj. Excecauit oculos eorum: et indurauit cor eorum:vt nõ viderẽt oculis t intelligerent corde: vt cõuerterentur et sanem eos. Cum igit̃ xp̃s esset lux.vt dicitur ibidẽ. Ego lux veni in mundũ vt oñis qui credit in me in tenebris non maneat. Judei obstinati hanc lucem videre non poterãt: quia egris oculis odiosa est lux. Qui enim male agit odit lucem. Johã.iij. Jdeo quesierunt iudei hãc lucem extiguere que eos arguebat. Sicut adulter nõ querit candelã ne videatur peccatum eius. Sic impius quilibet querit extinguere se corripientem. Amos.v. Odio habuerunt corripientem in porta. Extinxerunt autem occidendo:sed refulsit resurgẽdo. Hũc autem licet lux diuĩe gratie per chr̃istum fulgeat toti mundo:solis peccatoribus superposita est grauis nox. Sap.xvij.in fi.et per to. Jdeo videẽs dominus tot emulos querẽtes extinguere lucernam eius:digne dicit verba sumpta pro themate. Multi bellãtes aduersum me tẽ.

¶ Post prandiũ in ecclesia beate virginis vbi datur absolutio generalis:t episcopi benedictio.

Benedixit omni eccl̃ie.iij. Re.viij. Cũ pctõ Ade maledictio possideret vniuersam terrã voluit de⁹ vnaz minimã rebuare portionẽ q̃ maledictõis oĩno fieret expers. hec

est illa ygo quã salutãs angelus bñdi ctã iter mulieres asseuerauit cui⁹ gra vt nos benedictionẽ accipiamus a do mino/ipsam salutemus. Aue maria.

¶ Benedixit omni ecclesie. In hijs verbis tria tangit. videlicet. ¶Passiõis christi gratiam. efficatiam. z gloriam.

¶ Primũ cum dicit benedixit. nunc enim ad accipiendã episcopi benedictionem oñes venistis: christus autẽ episcopus est z pastor animarũ nostra rum. j. pe. ij. in fine. z pontifex futuro rum bonorũ. Heb. ix. qui factus male dictus pro nobis meruit vniuerse ecclesie benedictionẽ. Gala. iij. Christ⁹ nos redemit de maledicto legis: fact⁹ pro nobis maledictũ. Quia scriptum est. Maledict⁹ oñis qui pendet in ligno. deutero. xxj. vt in gentibus benedictio abrae fieret in christo iesu. ꝛc. Nam promisit deus abrae qñ in semine suo benedicerentur oñes gentes. ge. xij. Quẽ decz ad bñdictionẽ conferẽ dam esse pontificalibus indutum. Et primo oportet eũ habere lineã vestem albam/que significat puritatẽ mentis z corporis. iuxta illud. eccls. v. Omni tẽpore sint vestimenta tua candida. Christus autẽ fuit purissimus virgo. Fedi igitur sunt episcopi z sacerdotes habentes lineã vestẽ immundã/ z qui dem eã/que apparet/ mundã ferre fatagunt. cor deus nouit quale sit. Sed z femine alba capitergia debent habe re: quia pudicitia maxime feminis cõ uenit. C. ad sena. cõ. orphi. l. si qua illu stris. ff. de ritu nup. l. palam. ff. de postu. l. j. §. secundo loco. ¶Postea episcopus induit dalmaticã rubeam. que significat caritatem: qua induti esse debẽt prelati pre ceteris. quia dñs oues suas petro cõmẽdans interrogauit di cens simon petre/ diligis me plus hijs Joh. vl. Hanc vestẽ christus habuit verus pastor q̃ aiam suã dedit pro oui bus suis. ioh. x. Ideo dicitur hodie in epistola. esa. lxiij. Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra. Ni colaus de lira dicit hoc non esse dictũ de christo/ quod salua pace sua non be ne intelligit. Edom autẽ interpretat terrenus vel sanguineus. z bosra inter pretat angustia. Sic igit per edom in telligitur mũdus iste qui totus est ter renus z sanguineus/ idest plenus pec catis. Venit autẽ tinctis vestibus de bosra: idest de tribulatione mortis. vñ esa. xxxiij. Victia dñi. idest xps q̃ est agnus ductus ad victimã. Hiere. xj. in bosra. idest in tribulatione maxima vnde dixit. Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ / z interfectio magna in terra edom vbi interfecta sunt peccata totius mũdi. Igit christus habuit ve stimenta tincta de bosra. qz in interfectione magna sanguis multus effusus est / quia copiosa apud eũ redemptio. ps. cxxix. Sed hic formosus est in sto la sua. idest in veste resurrectiõis/ que est stola glorie/ qua nos dñs induit. ec cli. xv. In resurrectione quã primus christus induit qui est primogenit⁹ ex resurrectione mortuorũ. Ro. j. z. viij. Alias potest dici formosus i stola sua: idest in pulchritudine eccl'ie/ q̃ potest dici stola xpi gradiens in multitudine fortitudinis sue.

Ambulauit enim in multitudine forti tudinis sue.

Tollerando mũdũ in sua pegrinatiõe
Opando miracula in sua ꝓuersatione
Ferendo mala in sua passione.

¶Portãdo pctã totius mũdi in sua one ratione: idest diabolũ vincẽdo in sua triũphatione. siue ad inferos descensione seu patrũ liberatione. destruẽdo mortẽ in sua resurrectione. aperiendo paradisum in sua ascensione. Non est ergo similis huic in fortibus. Exo. xv Hunc igit admirant angeli dicentes Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra gradiẽs in mul titudine fortitudinis sue? Respondet aũt ipe q̃ sequunt. Ego q̃ loquor iusti ciam. scz in docẽdo. qz doctrina eius oĩs iusticia est. z quidẽ iusticia q̃ com parat montib⁹ dei. ps. xxxv. Loquit iusticiã in opando. qz oĩa opa eius iu sticia. vñ. j. cor. j. Factus est nobis iu sticia scilicet per exẽplũ cõuersatiõis/

quia oñis xpi actio nra est instructio. Hac igit iusticia indui debem⁹. j.q.j. dñs declarauit. Loquit etiã iusticiã in iudicando. ps. lxxiij. Cũ accepero tẽpus ego iusticias iudicabo. Hic videant doctores si loquunt iusticiã in docẽdo. Sacerdotes si induant iusticia in ꝙuersando. Judices i iudicãdo Sequit ꝓpugnator sũ ad saluãdũ. nã dñs quasi vir pugnator. ero. xv. & quidẽ cui nullus põt resistere quẽ nullus põt vincere. quẽ null⁹ põt fugere. Hic igit patz pugnatoris fortitudo. Sed q̃d iuuat si pugnator fortis est & longe a nobis est? Jdeo dicit. Sũ. i. presens parat⁹ ad bellũ. parat⁹ & nõ turbatus ps. cxviij. Parat⁹ quidẽ ad flagella. ps. xxxvij. & ad mortẽ. Et hic notat pugnatorꝫ prõptitudinẽ. Jdeo extẽsa tenet brachia parat⁹ ad defendẽdũ. Sz q̃d ꝓdest si pugnator est. & nõ pugnat & q̃d si pugnat. & pugnãdo nõ saluat? Jdeo dicit ad saluandũ. vbi notat pugnatoris valitudinẽ. O igit dñi eccl'a stici videatꝫ si pugnatores estis ad saluandũ populũ oronib⁹ vñis. O dñi nobiles & milites videatis si pugnatores estis ad saluandũ populũ ꝓtectionib⁹ vñis. Si pugnatores estis ad comedẽdũ & oppꝛimẽdũ: nõ estis pugnatores ad saluandũ. O dñi iusticiã videatis si estis ad pugnãdũ ꝓ iusticia? Si corrũpimini donis vel fauorib⁹? non estis ꝓpugnatores ad saluandũ/ sed ad extorquendũ. O religiosi videatis/ si pugnatores estis ad tẽptationes vincendum? certe si voluptati seruitis nõ ambulatis in fortitudie/ nec pugnatores estis: sed iam captiui. ¶ Sequit interrogatio angelorũ ad chꝛistuꝫ. Quare ergo rubrũ est indumentũ tuũ. & vestimenta tua sicut calcantiũ in torcular quasi. d. Si ꝓpugnator es ad saluãdum. quare vestimentũ rubrũ habes? hoc est. si tu es saluator homĩũ: quare peccatoris hominis vestẽ geris. nã peccata dicũtur esse rubra. esa. j. Jta chꝛistus venit in similitudinẽ carnis peccati. Ro. viij. Jtẽ potest sic exponi Cũ tu saluator sis quare vulnera peccatorũ habes qui peccatũ non feciſti. & tamẽ vestimẽtũ tuũ rubrũ est. idest vulnerib⁹ pctõꝝ debitis intinctũ. Respõdet ipse. Torcular calcaui solus. & de gẽtibus non est vir mecũ/ idest passionẽ tuli solus in qua velut in torculari pꝛessus fui: vbi velut vua plena vinũ sanguinis mei expꝛessi. & nõ fuit q̃ me iuuaret quia nõ indigebã alterius adiutorio. nec erat q̃ posset me iuuare etiã qꝛ ꝙsolantẽ q̃siui & nõ inueni. ps. lxviij. Ergo de gẽtib⁹ nõ est vir mecũ.

Per conuersationẽ sanctam.

Per compassionem piam.

Per operationem bonam.

Sed dico q̃ nõ est mecũ cõtra me est. Lu. xj. Cũ ipso est q̃ iuste conuersatur mandata seruando.

Qui cum eo lachꝛimatur passionem recolendo.

Sed heu qꝛ obliuioni datus est: tanq̃ mortuus a corde. ps. xxx. Cuz ipso est qui quod potesto peratur: aĩmas peccatrices reuocando. O dñi ecclesiastici estis ne cũ dño? q̃d q̃ritis aĩas vel pecunias? O chꝛistiani estis ne cum chꝛisto compatiendo ei?

¶ Sequit. Calcaui eos i furore meo & ꝙculcaui eos in ira mea. scilicet peccatores. quorũ iram sup me portaui. Michee. vij. scilicet q̃ pctõꝝ debebatur. Jdeo aspsus est sanguis eoꝝ super vestimenta mea & oĩa indumenta mea inquinaui. sanguis/ idest peccatorum fluor. qꝛ dñs posuit in eo iniquitates oĩm nostrũ. Esa. liij. Jdeo quasi leprosus reputat⁹ est. Eza. liij. scilcz/ qꝛ sanguĩe repsus vbiq;. vel aliter. Asper sus est sanguis eorũ super vestimenta idest vindicta debita peccatis mundi aspersa est super corpus meũ. qꝛ vulneratus est propter iniquitates nostras. Eza. liij. Jdeo dicit. oñia indumenta mea inquinaui. scilicet in toto corpore penã peccati tuli. ideo dicit. Esa. j. A plãta pedis vsq; ad verticẽ capitis nõ est in eo sanitas. & ps. xxxvij. nõ est sanitas i carne mea a facie ire tue. scl̃z quã nunc sup me effũdis. ps. lxxxvij. sup me cõfirmat⁹ est furor tu⁹. & oñes

fluctus tuos induxisti sup me. Ibidē in me transierūt ire tue. ꝛc. idē. xlij. oia excelsa tua: ꝛ fluct⁹ tui sup me transierunt. Sed nūc potest dicere christus omnia indumēta mea inquinata sunt. scilicet omnes status ecclesie qui sunt quedam indumenta christi: quia ꝑm apostolum. Omnes qui baptisati sunt in xp̄o induerūt eum. Hic videamus quō inquinat⁹ sit stat⁹ ecclesiastic⁹/ p auariciā/ simoniā/ dissolutionē ꝛ luxuriam. Stat⁹ nobiliū. per supbiā/ rapinam/ ꝛ insolentiā. Status religiosorū per inobedientiā/ proprietatē ꝛ disformationē. Mercatores p infidelitatē/ mēdaciū ꝛ piuriū. Justiciarij p corruptionē. Uxorati/ p adulteriū. Soluti per fornicationē. laboratores p latrociniū. Rubrū itaq; est indumentū xp̄i ꝛ vestimēta sua quasi calcantiū in torcular. hoc totū est / qz caritas coegit verū oīm pastorē ꝛ pōtificē sūmū. scz dñm iesū subire mortē in torculari crucis: vbi sāguinē suū effudit. Sic ꝛ cardinales induti sunt rubeo. ostēdentes q; sup oia diligūt deū ꝛ q; parati sunt effundere sanguinē pro xp̄i noīe. Sed timeo ne pot⁹ inflāmati sint ambitiōe ꝛ luxuria atq; auaricia nō est hec caritas/ qm̄ vt dicit de pe. di. ij. Caritas ē vt michi videt recta volūtas ab oīb⁹ terrenis atq; presentib⁹ prorsus auersa. Juncta vero inseparabiliter. ꝛ igne quodam spiritussancti a quo est: ꝛ ad quē refertur incensa. ꝛc. sequitur corruptionis nescia. et super omnia que carnaliter diliguntur excelsa.

¶ Post sericū indumentū rubrū. induit episcopus casulā/ que omne corpus circūplectitur / que significat iusticiam quā induere debet omnis sacerdos. Juxta illud. pś. cxxxj. Sacerdotes tui induantur iusticiam. quod habetur. j. q. j. domin⁹ declarauit. Justicia se iob indutū dicebat: vt vestimēto. Job. xxix. Sic christus decorē iusticie indutus est. pś. xcij. Idem. ciij. Confessionē ꝛ decorem induisti. amictus lumine sicut vestimento. hoc vestimēto debent esse vestiti reges ꝛ principes prelati ꝛ iudices ceteriq; oēs. sed hij p̄sertim in quos oculi totius populi conuertuntur. Nihil em̄ aliud significat hoc indumentum magnificum episcopale. nisi eā que inesse debet virtutem sanctitatem atq; iusticiā scientiam ꝛ bonitatem. vt tractat ample. grego. et recitatur in. c. sit rector. xlij. di. vbi dicit q; per vestimenta sacerdotis nichil aliud q̄ recta opera designantur. ꝛc. ꝛ. xl. di. c. j. dicitur q; oportet episcopum esse ornatum virtutibus. Ideo in veteri testamēto variis vestib⁹ ex precepto domini sacerdotes ornati leguntur. quia multimodis virtutibus splēdere debet vita pōtificis. vt gradui conferat decorem. quia non loca: sed mores sanctum faciunt sacerdotem. Ideo habetur. ibidem in. c. non loca. ꝛ. c. nos qui presumus. Nā vt dicitur. ff. de edil. edic. l. iustissime. Res debet accedere hominibus non homo rebus.

¶ Postea episcopus debet habere mitram plenam gēmis. Sic nunc ad pompā deferre solent episcopi. Hanc christus habuit coronam spineam in capite cum gēmis vulnerum. succinctus quoq; fuit corda ligante. Anulum vero in manibus habuit plagas inflictas a duro clauo. Hunc igitur ascendere decet episcopum ad benedictionem conferendam. vt ab omnibus videatur. ꝛ manum extendere debet ad omnes. Sic christus ascendit in pulpitum sancte crucis: vbi expansis brachijs et apertis manibus benedictionem dedit populo. pś. iij. super populum tuum benedictio tua leui. ix. extendens manum ad populum benedixit ei. In quo facta est bñdictio super terram dei. pś. lxxxiiij. Benedixisti domine terram tuam.

¶ Secundo tangitur passionis christi efficacia: quia non tantūmodo vni benedictionē promeruit vel certo numero determinato: sed omni ecclesie. quia passio christi copiosa est omnium redemptio. pś. cxxix. Copiosa apud eum redemptio. Sed non omnes

recipiunt hanc benedictionē a dño ꝛ miſericordiam a deo ſalutari ſuo. pſ. xxiij. videlicet abſentes. Ita ꝙ qui nō ſunt intra eccleſiā dei non accipiunt benedictionē a dño. quia extra eccleſiam null⁹ ſaluatur. extra de ſum. tri. ca. j. Item excommunicati non accipiunt benedictionē ab epiſcopo. Sic exiſtentes in peccato mortali/nō benedicuntur a chriſto.

¶ Sed hic querit qui ſint expertes huius bñdictionis. Reſpondeo ꝙ omnes aliena detinentes nec reddere volentes. Oēs adulterantes ſeu fornicantes: nec ſe corrigere curantes aut proponentes. Oēs rancorē gerētes nec indulgere volentes. ¶ Et primo aliena retinentes. qz non remittit peccatū niſi reſtituat ablatū. xiiij. q. vj. ſi res aliena. extra de rapto. c. ij. dicitur ꝙ raptoribus qui nolūt reſtituere penitentia denegat. Nota quod dicit in .l. vnica. C de reputationib⁹ que fiūt in iudicio in integrū reſtitutionis: ꝙ ille qui reſtituit in integrū: ſicut nec debet ſtare in dāno ſic nec in lucro. Sic peccator qui per penitentiā reſtituit in integrū. i. in gratiā dei: ſicut nō debet ſtare in dāno peccatorū preteritorum que delent vt nubes. Eſa. xliij. ꝛ ez. xviij. dicit ꝙ iniuſticie eius non recordabunt. ſic nō debet ſtare in lucro retinēdo aliena. nā ſatis clemēter agitur cū reo. vt det ei reſtituendi facultas ad euitandū penā. ff. quod metus cauſa. l. ſi cū exceptione §. j. Ideo oēs leges clamāt vt reſtituant ablata. xij. q. ij. oēs leges. Huc veniant vſurarij. falſi teſtes. fures. detentores bonorū alienorum. aduocati. procuratores. deceptores. qui habent diuitias plenas dolo. Hiere. v. Judices corrupti donis. ꝛ ſciant hij oēs abſolutionē epiſcopi nequaq̄ illis prodeſſe niſi reſtituant. ¶ Scdo non accipiunt benedictionē opera carnis facientes. nec ſe emendare proponentes. quia dicitur Roma. viij. Si ſm carnē vixeritis: moriemini. Huc igitur porrigant aures adulteri/ q̄ ad vxorē proximi hynniūt ſicut equi. Hiere. v. Ipſe etiam adultere. quarū opprobrium non deletur. eccli. xxiij. in fi. Et nunc vere adulterium abundauit in terra. oſee. iiij. nec iam videtur turpe quod omnes agunt ſine diſcrimine ſcel⁹. O miſerrime peccatrices/ que vos veſania vexat: vt velitis ob illicitos adulterantis amplexus. perpetuos promereri cruciatus Huc venite miſerelle focarie atq̄ aſſi due peccatrices: q̄ pedes veſtros exponitis omni tranſeunti. ez. xvj. Et ſcite tote nihil vobis prodeſſe chriſti paſſionem ſi non feceritis emēdationē. neq̄ enim fornicatores aut adulteri regnū dei poſſidebūt. ephe. v. Et monet apoſtolus cū talibus nec cibum ſumere. j. Cor. v. Huc accedant concubinarij ſacerdotes/ quibus pre ceteris tormēta debentur. nec putent ſe pane ſacro mundari quin potius inq̄nari. Mala. j. Offertis panem pollutum. Mūdamini igitur qui fertis vaſa domi. Eſa. lij. alias cum demonibus detrudemini. ¶ Tertio. Non capiūt benedictionem indulgere nolentes. dic vt placet ꝛ conclude ꝙ xps bñdicet penitētib⁹ ꝛ iuſtis. Juxta verba ſumpta pro theme. benedixit omni eccleſie.

¶ Feria quinta in cena Domini.

Multi bellantes aduerſum me. vt ſupra. Dicitur. ioh. xiij. ꝙ ante diem feſtū paſche ſciens ieſus quia venit hora vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem: cuz dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finē dilexit eos In quibus tria tanguntur. videlicet mortis hora determinata.

Secundo tranſitus regio inuiſitata.

Tertio diligentis caritas conſūmata.

¶ Circa primum dicitur. Sciens ieſus quia venit hora ſcilicet mortis ei⁹? Veniet enim hora quam preterire nō poterimus. que erit vltima nobis. iob. xiiij. Breues dies hoīs ſunt nūer⁹ mēſiū eius apud te eſt. conſtituiſti terminos eius q̄ p̄teriri non poterūt. Poſſumus tamen preuenire horam: ſed non

preterire. Incerta est autē nobis iux
ta illud.ps̄.xxxviij.Notū fac michi fi
nem meū:z numerū dierū meorū quis
est:vt sciā quid desit mihi. ecce mensu
rabiles posuisti dies meos.Et substan
tia mea tanq̄ nichilū ante te. verūta-
men vniuersa vanitas oīs hō viuens.
quia in imagine pertrāsit hō:sed z fru
stra conturbat. Xp̄s aūt sciebat horā
mortis sue. nobis autē nichil certius
morte.z nil incertiꝰ hora mortis. Dis
itaq̄ dies velut vltimus ordinandus
est. Ah/puta q̄sta tristicia piū xp̄i dn̄i
cor possidebat/q̄ cū sanus atq̄ florida
in etate esset/sciebat se in crastinū acer
bam esse mortē subiturū. Poterat au
tem dicere illud.esa.xxxviij. Ego di-
xi in dimidio dierū meorū vadam ad
portas inferi.zc. Scdo tangit vie du-
bietas intēptata dū dicit venit hora
vt transeat ex hoc mūdo ad patrē.sibi
em̄ nota erat hec via / quia exiuerat a
patre zvenerat in mundū. Ideo iterū
relinquebat mundū z ibat ad patrem
Joh.xvj.Et illi quidē gratū erat redi
re ad propria: nobis aūt incognita est
illa regio. Cognoscimus autē hanc re
gionē ex qua transire oportet:sed eam
ad quā pgimus ignoramus. Durū est
igitur relinquere notum z pergere ad
incognitū regnū.sed nec eundo quidē
comitē quēpiam notū habem⁹. O q̄
durus est hic trāsitus bene locatis in
hoc seculo.eccli.xlj. O mors q̄ amara
est memoria tua homini habēti pa-
cem in substantijs suis. Trāsire opor-
tet/sed quo vadas nescis.solus quisq̄
vadit ad terrā siue regionē a qua nul-
lus redijt.Consolat autē nos verbum
xp̄i dicens ad patrē. si ad patrē vadi-
mus:bene imus. quia pater non male
tractabit filios. Ipse em̄ pater amat
nos. Sed beati qui ad patrē pergunt
Non oēs qui hinc transeunt ad patrē
vadūt. Qui em̄ rebelles sunt patri nō
pergunt ad eū: q̄ non habet eos in fi-
lios q̄ inimici semp fuere. Si cigit ob-
temperemus mādatis patris/ vt cum
hinc transire contigerit ad patrē per
gamus. z non incidamus in manus
inimici. In manus autē hostiū deue-
nient oēs qui ad patrē non venerint.
nec venire possunt ad patrē qui gra-
tie saluū conductū non habent. q̄ ca-
piunt ab hostibus quicūq̄ non habēt
gratie signū. Tertio tangitur diligen-
tis caritas demonstrata/siue consum-
mata. duz dicit cū dilexisset suos qui
erant in mūdo: in finē dilexit eos. In
finē intelligit intensiue z extensiue. z
ostēsiue. Intēsiue quia diligebat eos
z dilexit nos:nos q̄tū fuit possibile/q̄
maiorē hac dilectionē nemo habet vt
aiam suā ponat quis pro amicis suis.
Joh.xv. Non em̄ potuit vltra quicq̄
facere quod nō fecerit.esa.v.Extensi-
ue.i. vsq̄ ad finē/nō fracta caritate sz
perseveranter. Sunt aūt nōnulli pro
tempore quidem acerrime diligentes
sed refrigescit aut penitus extinguit
amor anteq̄ tēpus exquirat. Xp̄s au-
tem dilexit nos amore perseverāte nō
fracto.Ostensiue.quia in finē vite sue
ostēdit eis signū dilectionis. sicut ille
qui moritur qui legat alicui donū/ di-
citur eū diligere/qui aūt nichil donat
non dicit in finē dilexisse.Xp̄s autē in
fine vite sue ostendit discipulis maxi-
mū amoris signū/ dando eis corp⁹ su-
um in cibū z sanguinē in potū. Hunc
reuertendū ad matheū qui scribit mo
dum quo:z locū vbi cena facta est pro
solēnitate pasche ad comedēdū agnū
paschalē. Erat enim preceptū iudeis
decima die mensis primi tollere agnū
vni⁹ anni sine macula comedere quē
immolaret vniuersa multitudo popu-
li israel.exo.xij. Dicitur igitur math.
xxvj. q primo die azimorū accesserūt
discipuli ad iesum dicētes. vbi vis pa
rem⁹ tibi comedere pascha:z Ignora-
bant autē q ipse esset agnus immolā-
dus p̄ nobis.sicut dicit.j.cor.v.Pas
cha nostrū immolatus est xp̄s.

¶In hac aūt introgatione dant tria
documenta.videlicz. q subditi debēt
ire ad prelatū z nō econuerso.q̄ dicit
accesserunt discipuli ad iesum. Acce-
dite (inquit.ps̄.xxxiij) ad eū z illumi-
namini. Qui em̄ accedit fide ad chri-

stũ et interrogat affectu. docet ab eo.
¶ Secũdũ documentũ est ꝙ seruitores debent memoriã facere dñis suis de agẽdis/ quia aliqñ ob alia negocia nõ sunt mẽores oĩm. nõ tñ xp̃s indigebat recordatore. q̃ oĩm hẽbat mẽoriã.
¶ Tertiũ documẽtũ est ꝙ cerimonie diuine nõ sunt omittẽde. Debem⁹ igitur seruare debitos ritus diuinos. At iesus dixit. Ite in ciuitatẽ ad quẽdã ⁊ dicite ei. magister dicit. tẽp⁹ meũ prope ẽ. apud te facio pascha cũ discipulis meis. lu. autẽ. xxij. dicit ꝙ misit petrũ ⁊ iohannẽ quibus dixit. Eũtes parate nobis pascha. At illi dixerũt. vbi vis paremus? quibus dixit. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatẽ. occurret vob⁹ hõ quidã amphorã aque portans: sequimini eũ in domũ in quã intrat/ ⁊ dicetis patrifamilias dom⁹. dicit tibi magister. vbi est diuersoriũ vbi pascha cũ discipulis meis mãducẽ. ⁊ ipse ostendet vobis cenaculũ magnuꝫ stratũ/ ⁊ ibi parate. Eũtes aũt inuenerunt sicut dixit illis. ⁊ parauerũt pascha. Ergo ad parandũ pascha mittũtur petrus ⁊ iohannes. i. fides ⁊ dilectio. ¶ In hijs aũt verbis tria possũt considerari. videlicet ꝙ christus omnia que vbiq̃ fiebant sciebat. q̃ sciunt ꝙ discipuli occurrerent homĩ ferenti amphorã aque in ingressu ciuitatis. Neq̃ em̃ ei quisq̃ hoc reuelauerat. sꝫ scit sapientia dei oĩa ⁊ intelligit. sap. viij. ⁊ eccl̃i. xxiij. dño deo oĩa cognita sunt anteq̃ fiant. Scdo potest considerari ꝙ xp̃s imperandi oĩbus facultatem habebat. quia dicit eis/ ꝙ simpliciter quasi imperatiue exposcerent locum ad faciendũ pascha. ⁊ paterfamilias obediuit. Infelix est qui requirẽti domino denegat hospiciũ. immo rogandus est vt veniat. cã. v. veniat dilectus meus in ortũ suũ. vt comedat fructus pomorũ suorũ. Sed ipse dignat̃ pulsare ad ostium ⁊ petere hospicium tanq̃ mendicus. Apo. iij. Ego sto ad ostiũ ⁊ pulso. siquis mihi aperuerit intrabo ad eũ ⁊ cenabo cũ eo ⁊ ip̃e mecũ Tertio potest considerari ꝙ christus nonnisi in loco honesto habitat. quia in cenaculo magno strato. i. ornato. Sic nõnisi in animabus bene ornatis virtutibus habitat. ¶ Nunc oportet reuerti ad iohannẽ. xiij. qui dicit ꝙ cena facta. cum iam diabolus misisset in cor vt traderet eum iudas simonis scariothis. qui iam acceperat. xxx. argẽteos ex pacto/ nondũ tamen in facto. quia nolebãt ei dare pecunias anteq̃ implesset proditionẽ. Ex hoc verbo patet ꝙ diabolus etiam procurauit mortem domini. ergo ⁊ seruorũ eius iustorum. Sequitur sciens ꝙ omnia dedit ei pater in manus et quia a deo exiuit ⁊ quia a deũ vadit. Om̃ia siquidem in manus habebat/ quia salus toti⁹ mundi in eius manu posita erat. Surgit a cena. vbi iã sederat ⁊ ponit. idest exuit vestimenta sua vt expeditior esset. Siquidem oportuit christum deponere corporis vestimentũ per mortẽ quando nos lauare dignatus est a peccat⁹ per suum sanguinẽ. Apo. j. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Et cum accepisset lintheum precinxit se. Sicut solent qui negocium familiare componũt. deinde misit aquã in peluĩ ⁊ cepit lauare pedes discipulorũ ⁊ extergere lintheo quo erat precinctus. Sic penitens deponit vestimenta sua idest veterẽ hominẽ cuꝫ actibus suis. Ephe. iiij. vt possit dicere/ exui me tunica mea. can. v. Secũdo precinxit se lintheo mundicie seu penitentie. Tertio ponit aquã in peluĩ. i. lachrimas ⁊ tunc lauat̃. Sed consideranda est hic domini iesu humilitas ⁊ benignitas. ostendit quoniã quãto quis est maior tanto debet esse humilior. Eccl̃i. iij. ⁊ lauare nos alter alteri⁹ docuit pedes idest alter alterius onera portare. Gala. vj. venit ergo ad simonẽ petrum primo. quia prelatus primo debet purgare conscientiã. vt post valeat subditos purgare vt supra dictũ est de prelatis ⁊ predicatoribus. Et dixit ei petrus totus verecundus ⁊ stupefactus. domine tu michi lauas pedes? quasi diceret. hoc non conuenit michi. Et re-

ſpondit ieſus. Quod facio tu neſcis modo.ſcies aũt poſtea. Et quid ſcies poſtea/quod nũc ignoras: Scies quoniã oportet oñes per me lotionẽ accipere ſanguinis mei. ⁊ poſtea fluminis baptiſmalis. ⁊ q̃ nullus poteſt ad verum paſcha celeſte venire niſi lotus a ſorde. de pe. di. j. nullus poteſt gratiã celeſtem recipere niſi mundatus fuerit a ſorde. Ideo dicit. ez. xxxvj. Effũdam ſuper vos aquã mundã ⁊ emundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Oportz eñ lauare ſordes que ſunt in pedib⁹. tre. j. ideſt peccata auaricie. Itẽ lauare ſordes cordis. i. peccata ire ⁊ inuidie. Iere. iiij. Laua a malicia cor tuũ vt ſalua fias. eccl's. vl. aufer maliciã a corde tuo. Oportz lauare faciẽ. i. maculas ſuperbie. math. vj. faciẽ tuã laua. Itẽ corpus totũ. i. peccata luxurie. eſa. j. Lauamini mũdi eſtote. Reſpondet aũt petrus ignorans myſteriũ/ non michi lauabis pedes in eternũ. quaſi. d. hoc nunq̃ patiar cui dixit dñs. Si non lauero te nõ habebis partẽ mecũ. q̃ nullus in celũ introibit niſi lotus per me. quia nõ intrat ibi aliquid coinquinatũ. Apo. vl. non aũt potes per aliũ q̃ per me lauari. Tunc dixit petrus. dñe non tantũ pedes ſed ⁊ manus ⁊ caput. Indigẽt lauare manus oẽs auari quorũ man⁹ ſanguine plene ſunt. eſa. j. Caput indigent lauare oñes ſuperbi quorum caput nubes fetidas tetigit abdie. j. iob. xx. Lauent etiã manus impudicis tactibus maculati. ¶ Dixit ei ieſus qui lotus eſt ſcilicet per baptiſmũ. nõ indiget niſi vt pedes lauet. i. peccata commiſſa per penitentiã. ⁊ tunc eſt mundus totus. ſcilicet a peccato originali ⁊ actuali. Et vos mundi eſtis ſed non oñes. i. iuda excepto. Sic multi ſunt chriſtiani immundi auaricia. luxuria ſuperbia. inuidia. ⁊ alijs peccatis.

¶ Lotis igitur pedibus diſcipulorũ reſumpſit veſtimenta ſua. ⁊ iterum diſcubuit. quia poſt impletum myſteriũ lotionis peccatorum noſtrorũ. reſumpſit corpus ſuũ reſurgendo a mortuis Et tunc exiſtens in menſa dixit eis. Scitis quid fecerim vobis: vos vocatis me magiſter ⁊ domine. ⁊ bene ſum etenim/ ceteri vero non veri magiſtri nec veri domini ſunt. ſed vſurpati. Si ego magiſter ⁊ domin⁹ laui pedes veſtros ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. exemplum eñ dedi vobis vt quẽadmodũ ego feci: ita ⁊ vos faciatz Exemplum dedit humilitatis. Puritatis obſeruande. Caritatis oſtendende. Et penalitatis ſufferende. Ideo dicit chriſtus pro nobis paſſus eſt vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. j. pe. ij. Non ergo pigeat nos imitari chriſtum. q̃ vt dicit ibidẽ in euangelio. Nõ eſt ſer⁹ maior dño ſuo. ⁊ qm̃ non oñes chriſtũ imitant: ſed hij ſoli quos deus elegit ⁊ traxit/ ideo dixit. Ego ſcio quos elegerim. Beatus ergo quẽ elegiſti ⁊ aſſumpſiſti. pſ. lxiiij. ¶ Nunc veniẽdũ ad lucam. xxij. qui refert eum dixiſſe deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum anteq̃ patiar. quia vltra non manducabo illud vobiſcum donec veniat regnuz dei. i. donec per mortem meã exhibitam conquiſierim vobis regnum dei. Ad hoc igitur conuiuium vltimum vos adduxi. vt vobis vltimum vale dicerem. Ideo ſumpto calice quaſi vltimam inuitationẽ faciens oñibus bibit. forſitan ipſe modicum. euangeliſte tamẽ videntur dicere q̃ non biberit. ſed dixit eis. Accipite ⁊ diuidite ĩter vos. Quod poteſt intelligi de calice paſſiõis. de quo omnes biberũt poſt dominũ. Iere. xxv. Sic intellige q̃ nõ vnus eſuriat ⁊ ali⁹ ebrius ſit. j. cor. xj. Nõ ſunt ergo beneficia xpi cumulate tradẽda/ ſed equalance omnibus ſeruiẽtibus chriſto diſtribuenda. Non igitur recte diuidũt qui plura q̃ deceat pro ſe ſumũt. minimam autem nullam reliquis partem relinquentes. vt qui auaricie modum non ponentes cum vnum vir poſſint officium implere: ſtipendia ſibi vendicant plurimor̃. extra de cle. nõ reſi. q̃

nonnulli. extra de p̄ben. ⁊ dig. qꝛ in tā tum. Et accepto pane gratias egit et fregit ⁊ dedit eis dicens. Nūc mathe⁹ dicit quod lucas tacet. scilicet accipite ⁊ comedite/ hoc est corpus meū. lucas addit. quod pro vobis dat̄: hoc facite in meā ꝯmemorationē. Similiter ⁊ calicē postq̄ cenauit dicēs. mathei xxvj. hic ē sanguis me⁹ noui testamēti/ qui ꝓ multis effundet̄ in remissionē peccatoꝝ. Lucas q̄ pro vobis fundet̄ Ideo ecclesia dicit in consecratione q̄ pro vobis ⁊ pro multis effundet̄. De hac sanguinis effusione veteris ⁊ noui testamenti dicit̄. heb. ix. ꝙ pontifex non introibat sine sanguine quē offerret pro sua ⁊ populi ignorātia. ⁊c̄. subdit ꝙ xp̄s per propriū sanguinē introiuit semel in sancta eterna redēptione inuenta. hec cerimonia habetur. exo. xxiiij. Tūc dixit eis. Amen dico vobis qꝛ vnus vestrū me traditurus est. Et contristati discipuli ceperunt singuli dicere. Nūquid ego sum dn̄e? Quib⁹ ipse dixit. Qui intingit mecū manū in parapside hic me tradet. ecce q̄ta xp̄i mansuetudo Judam quē suū proditorem cognoscebat/ ad simul capiēdum in eadem parapside cibū admittebat. iuxta illud. ps̄. liiij. Qui simul mecuꝫ dulces capiebas cibos. idem. xl. Qui edebat panes meos/ magnificauit sup me supplantationē. Abdie vnico. qui comedunt tecum ponēt insidias tibi. Hiere. ix. frater supplantabit ⁊ fraudulent̄ incedet. Sed nō inueniet fraudulētus lucrū. ꝓuer. xij. Ideo iudas non retulit fructum ex sua proditione qui suspensus crepuit. Quod quidē tormentū proditorib⁹ hoc exēplo debetur. Nullus em̄ debet ex fraude lucrū reportare. extra de rescrip. sedes apostolica. ⁊ in. c. pastoralis. extra de offi. ⁊ po. iu. dele. Postea subdit. fili⁹ quidē hoīs vadit ad mortis suppliciū nō ob maleficiū sed propter beneficiū sicut scriptū est de illo. Vadit ad mortem: nec est qui recogitet. esa. lvij. Vadit parare locū. ioh. xiiij. Verūtamen ve homini illi per quē filius hoīs tradetur. bonū erat ei si natus nō fuisset hō ille. O miserrime iuda tibi quidem melius erat non nasci cui non profuit passio xp̄i. nobis vero proderit tua malicia / que nec tibi dānationē afferret nisi desperares quoniā ipsa xp̄i mors quā procuras/ etiā tuū poterat crimē absoluere/ si cōuersus ad dn̄m tuū velles reatū cognoscere ⁊ mīaꝫ postulare

¶ Sed hic queritur. Vtrū melius sit simpliciter non esse q̄ esse damnatum Respondeo per tres propositiones.

¶ Prima. Ad decus vniuersi melius est simpliciter hoīeꝫ esse dānatū q̄ oīno nō esse. patet/ qꝛ ꝓ per nō esse hoīs priuat̄ vniuersum decore suo/ quo ad illā partem. Justicia etiā diuina in punitione dānatorū claritatē ostendit sui decoris. iuxta illud. ps̄. ix. Cognoscetur dn̄s iudicia faciens.

¶ Secūda ꝓpositio. Dānatus annichilationē sui simpliciter appetere nō potest: eternoꝝ tamen tormentoꝝ causa id appetere potest. patꝫ prima pars quia nichil est sibi inimicū/ quia vnūquodq̄ diligit seip̄m naturalit̄. Ideo dicit apostolus ꝙ nemo vnq̄ carnem suā odio habuit. Scd̄a ꝑs patꝫ. qꝛ euasionis gratia maloꝝ eternoꝝ hō potest appetere om̄e illud quo mediante mala illa potest euadere. Et qꝛ nō potest alio modo liberari a pena illa nisi per annichilationē suaꝫ: sequit̄ ꝙ pōt appetere annichilationē suā. ideo dicit̄. Apo. ix. ꝙ desiderabūt mori. ⁊ fugiet mors ab eis. Non tn̄ simplicit̄ appetit annichilationē: sed liberationē a pena

¶ Tertia ꝓpositio. Licet meli⁹ sit respectu vniuersi dānatū esse q̄ nō esse. meli⁹ tn̄ esset ip̄i dānato nō esse q̄ esse. patet. quia ipse dānatus non est particeps bonorū ipsius vniuersi. Ideo melius est simpliciter eū esse: sed non ipsi Consideremus igit̄ illā eterne infelicitatis miseriā q̄ parata est miseris peccatoribus / quia parata sunt derisoribus iudicia ⁊ mallei percutiētes stultorū corporibus. ꝓuer. xix. vbi nulla requies. nulla spes. nulla consolatio. sed cōtinua pena/ indefessa calamitas

et triſticia ſempiterna/ꝛ cõuertamur ad dñm qui vt nos ab inferno liberet animã ſuam in mortem tradit.

¶Beatus Johãnes.xiij. addit q̃ intinxit Jeſus panem et dedit iude. et poſt buccellam introiuit ĩ eum ſathanas:ꝛ dixit ei Jeſus. Q̃d facis fac citius. Vbi notatur q̃ ſacramentũ indigne ſumentes diabolũ non chriſtum intromittũt.iuxta illud.pſ.lxviij. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum/quia magis ſemper a diabolo illaqueantur/et in retributiones:quia ſolam pñtis temporis ꝛ lucri remunerationem percipiunt/ꝛ in ſcandalũ:q̃ ꝛ ſeipſos et alios ſcandalizant. Obſcurentur oculi eorũ ne videant/ ſcilicet damnũ peccati quod incurrunt/ꝛ cõmodum meriti quod perdunt ꝛ cõfuſionem vitij q̃ aſſumũt. Jdeo vir cõuertuntur mali ſacerdotes. Et dorſũ eorum ſemper incurua/ quia ſemper magis onerantur peccatis/ita vt iam ſeipſos erigere nequeãt ad deũ. Sed mirũ videtur q̃ dñs dixerit iude. q̃ facis:fac citius. cũ illud quod faciebat eſſet malum. Nunq̃ fit tarde malum q̃tumcũq̃ tarde fiat:q̃ ſemp nimis cito fit. Ad hoc dicendum q̃ dñs videns propoſitũ iude in malũ fixum voluit ei indicare q̃ ſciebat eum eſſe factuꝝ.quaſi.d. Jam ꝓſummaſti peccãtum in voto:nihil ergo iuuat quod retardes in facto. venit hora vt perficias opere quod iam mente tractaſti. Diſcipuli aũt audiẽtes hoc verbum putarũt q̃ preciperet ei aliq̃d emere pro feſto peragendo aut dare paupibus. ¶Cum aũt accepiſſet buccellã iudas egreſſus eſt continuo.erat aũt nox. Exiuit a conſortio iuſtorum:ꝛ ideo in nocte exit peccatorum. Nam ſolis peccatorib⁹ ſuppoſita eſt grauis nox. Sapiẽ.xvij. Et cũ egreſſus fuiſſet iudas dixit Jeſus. nũc clarificatus eſt filius hoĩs:q̃ amoto peſtilente de iuſtorũ ſocietate/clarior fit. ¶Lucas hic ponit q̃ facta eſt contentio inter diſcipulos quis eorum videretur eẽ maior. Quam xp̃us ſoluit dicens:q̃ qui vult maior eſſe fiet minor. Beatus vero Johannes ponit longum ſermonẽ dñi plenum ſpiritualitate / et durat vſq̃ ad capitulum.xviij.

¶Tunc ꝑm Mattheum hymno dicto exierunt in montem oliueti. oſtendens q̃ gratie ſunt deo reddende. Johannes autem dicit.xviij. Egreſſus eſt Jeſus trans torrentem cedron vbi erat ortus in quem introiuit ipſe ꝛ diſcipuli eius. Egreſſus eſt a patre per emanationem eternam. Sichee. v. Egreſſus eſt a dieb⁹ eternitatis. Egreſſus eſt a patre ꝛ venit in mundũ. Johan.xvj. Egreſſus eſt a matre tanq̃ ſponſus exiens de thalamo ſuo. pſ. xviij. Egreditur ab anima peccatoris peccato cõmiſſo. Joh.viij. Abſcõdit ſe et exiuit de templo. Egreſſus eſt p mortem anima eius a corpore. Abac. iij. Egreſſus es in ſalutẽ populi tui. Ex hoc mundo autẽ egreſſus eſt dupliciter ſcz naturaliter per mortem ꝛ myſterialiter/quando crucem ferens egreſſus eſt ciuitatem vbi crucifixus eſt. Ad quem et nos egredi debemus extra caſtra. Hebr.vlt. Egreſſus ẽ ab inferis ſicut Sampſon a gaza cõfrigens portas ereas ꝛ vectes ferreos. pſ.cvj. Egreſſus eſt a ſepulchro glorioſus. Egreſſus eſt ab oculis hoĩm aſcendens in celum.

¶In die paraſceues.

Egreſſus eſt ꝙ Jeſus trãs torrẽtem cedron.i. vitam preſentem que torrenti cõparatur: quia in momẽto fluit. Nam vt dicit Job. xxviij. Lapidẽ caliginis et vmbram mortis diuidit torrens a populo peregrinante:quia vita pñs diuidit exiſtẽtes in inferno a viatoribus. Introiuit in ortum virginis cõcluſum. Can.iiij. Ornatum cũctis virtutũ plantarijs. Introiuit in ortum mundi hui⁹/ q̃ eſt quaſi ortus voluptatis. Joheł.ij. In quo quidem orto voluptatis xp̃us nõ niſi mala paſſus eſt. homies vero multi in hoc orto deliciarum perduntur.

Iere.xxxj. Uſqz quo delicijs diſſolueris filia vaga/ id eſt anima.

¶ Tertio ortus accipitur pro anima ſancta que eſt quaſi ortus irriguus. Eſa.lviij.et Iere.xxxj. In quem vt veniat precatur amica dicens. Ueniat dilectus meus in ortum ſuum. Cãtico.v. Oportet autem q ornatiſſim⁹ ſit ortus iſte: vt dignum deo preſtet aſpectum. Intentionis rectas p̃imum producat lineas cultus amenus. deambulatorium frondeo virentiqz tecto deſuper ſtrato ſubt⁹ diſcolori pauimento preſtet virtutum creſcens affectus/ pacatis ſubmiſſisve paſſionibus quas ratio libera calcet.

¶ Quarto. Ingreſſus eſt ortum paradiſi vbi flores perpetuo decore rident immarceſſibili donati gloria: id eſt ſancti. Torrentem igitur paſſionis pertranſiens anima: chriſtum ſequit̃ in ortum ſalutis eterneqz beatitudis canens cum pſalmiſta. Torrentem p̃ tranſiuit anima noſtra ꝛc̃. pſ̃. cxxxiij. Quam laudantes angeli dicunt de torrente in via bibit: ſcilicet paſſionẽ temporalẽ/ ꝓpterea exaltauit caput. ſcilicet in gloria celeſti. Sic enim dicitur Job.xxij. Qui humiliatus fuerit: erit in gloria. ꝛ Act̃. xiiij. Per multas tribulatiões oportet nos intrare regnũ dei. Sic etiã xp̃m oportuit pati: ꝛ ſic intrare in gl̃iam ſuã. Lu.xxiiij Et bene torrẽti preſens tribulatio cõparatur. qm̃ ſicut torrens ip̃etuoſo q̃dam fluxu quecũqz ſibi obuia tollit: ꝛ cito decurrẽs aridũ poſt ſe deſerit alueum. Sic p̃ntis tribulatio tẽporis/ leues quoſqz nec firmiter in xp̃i amore ſtabilitos aios in precipitiũ ſecum adducit. ſolidos vero veluti firmi⁹ terre inmixos lapides: nec ſtrepenti ſuo fragore deterret: nec furibundo a ſtatu mouet decurſu quacũqz violentia pulſo. torrentẽ quippe violentius cõſueto flumine duci teſtat Ouid.ij. de re. Flumine perpetuo torrẽs ſolet altius ire: ſed tñ hec (ſcz torrentis) breuis: illa (ſcz fluminis) perhẽnis aqua torrentem ꝓ̃o leges dicunt: qui tantũ hieme fluit. vt vult glo. in. l. in ſũma ſuper verb. torrentem §. idem labeo. ij. ff. de aqua plu. arcẽda. et in tex. l. j. §. item fluminũ. ff. de fluminib⁹. vbi dicit. Fluminũ quedam ſunt perhẽnia/ quedam torrẽtia. perhẽne eſt qđ ſemper fluit. torrens qđ tm̃ hyeme fluit. Nam per hyemẽ intelligit̃ temp⁹ tribulatiõis. Torrenti quoqz ſimilẽ eſſe gratiam deuotionis in nõnullis facile conſtat. Sic enim torrẽs fluit in auſtro. pſ̃. cxxv. Conuerte dñe captiuitatem noſtrã ſicut torrens in auſtro. Hempe flante auſtro/ qui vent⁹ eſt calidus. iuxta illud Job.xxxvij. Nõne veſtimenta tua calida ſunt cũ perflata fuerit terra auſtro: tunc glacies et niues diſſoluũtur/ ꝛ fluũt/ quo fluxu torrens fit rapido: ſed non lõgeuo decurſu/ finita ſiquidẽ materia glaciei vel niuis cõtinuo ceſſat fluxus. quia fontalem non habet ſcaturiginem. ſic quãdoqz flante ſpiritu dñi deuotionẽ nõnulli concipiũt vehementẽ/ que citius tñ areſcit/ qm̃ talis deuotio non ſcaturit a fonte: ſed tñ modo occaſione verbi dei vel lectiõis aut imaginis ad horam conſpecte velociter ſurgit. iuxta illud. pſ̃. cxlv. Mittit criſtallũ ſuum ſicut buccellas. i. doctrinã claram ſalutis per fruſta (neqz eni oia ſimul explicanť) ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit. (id eſt animã infrigidatam. pctõ) quis ſuſtinebit: ꝛ id eſt quis poterit viuere in tali frigore peccati: ſubdit remedium. Emittet verbum ſuum. id eſt doctrine ſalutaris: ꝛ liquefaciet ea/ quia verbum dei eſt quaſi ignis et quaſi malleus conterens petram. Iere.xxiij. Flabit ſpiritus eius ꝛ fluent aque ſiliciz lachrimarum. Sed tales niſi ſequantur dei gratiam/ citius tepeſcunt. veluti nũc exemplum habemus eorum qui audita chriſti paſſione momentaneas fundunt lachrimas: que cito fluũt. Cum igitur tranſierit anima torrentem lachrimarum intrat ortum contemplationis cum chriſto et diſcipulis eius. Sed recogitans nunc domin⁹ iudeo

rum multitudinem querentium mortem eius/digne dicit verba sumpta ꝓ themate. Multi bellan. ⁊c̄.

¶ Multi bellātes aduersum me ⁊c̄. Quoniam contra hominem armata erat om̄is creatura vt pugnaret totꝰ orbis cōtra insensatos. Sap. v. Ideo totum belli pondus versum est in Iesum qui suscepit in se insigniabilē peccatoris vestem: quia dn̄s posuit in eo peccata omniū nostrum. Esa. liij. Quobrem vulneratus est ꝓpter peccata nostra ⁊ attritus ob multitudinem vulnerum ꝓpter scelera nostra. ⁊ sic disciplina pacis nostre fuit super eū. quia liuore suo sanati sumus.

¶ In hoc autem bello tria oportet considerare: videlicet.

Bellantium multiplicitatem.

Bellorum diuersitatem.

Et sustinentis firmitatem.

¶ Circa primū dico multos fuisse et esse aduersus christum bellantes. Et primo equileues qui fecerunt primū aggressum more numidaꝝ hanibalis vel sicut nunc albanenses siue stradioti: aut hispani/qui dicūtur los cauaillieros de la gyneta. vel in hungarico qui dicuntur huzar. Et hij fuerunt demones/q̄ procurarunt Christi mortem: eo q̄ animas ad bonum reuocabat. Ideo dicit̄ cū iam misisset sathanas in cor iude vt traderet eum vt supra dictum est. ¶ Item cū christus esset in orto in mōte oliueti ꝟm Mat. Lucas vero dicit anteq̄ in montem venisset hunc sermonem factum/quo christus dixit discipulis suis. Simon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū. Nam per talē cribrationem quod vacuū et inutile est cadit: vtile vero manet. sic tentatio probatio probat homines. Eccl̄i. xxvij. Vasa figuli ꝓbat fornax: ⁊ hoīes iustos tentatio tribulationis. Ego autē oraui pro te vt non deficiat fides tua. Neq̄ enim subsistere potest homo ante faciem demonū/nisi gratia dei fulciatur. Deficit igitur ille ꝓ cuius salute nō orauerit christus. Sed qm̄ is qui tali gratia preuenit̄ a dn̄o. potest etiam alios suis orationibus atq̄ exhortationibus adiuuare dicit petro. et tu qui casurus es ad tempus me ꝑmittente/sed nō penitus deserēte/aliquādo cōuersus: quia cōuerteris me te iuuante/confirma fratres tuos: q̄ frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. ꝓuer. xviij. Mattheus vero dicit q̄ conuertit sermonem ad omnes dicens. Om̄es vos scandalū patiemini in me in ista nocte. eo enī scandalum passi sunt q̄ christum non esse deum tunc putauerunt/quem velut hominem vinci et occidi viderunt. Scandalum passi sunt quia eum dereliquerunt et fugerunt quod facere non debuerant: quia non decet militem deserere prepositum suum. ff. de re militari. l. omne delictum. scandalum passi sunt in eo: quia tūc visi sunt falsum et mendacem fuisse secuti magistrum: quod in eorum ignominiam conuertebatur. Ideo Petrus negauit se discipulum fuisse eius.

¶ Sic infidelibus mors Christi scādalum est atq̄ stulticia. j. Corinth. j. Predicamus Iesum christum crucifixum iudeis quidem scandalum: gentibus autem stulticiam. Verbum enī crucis pereuntibus quidem stulticia est: hijs autem qm̄ salui fiunt: dei virtus. Unde in persona christi dicit. ps̄ cviij. Ego factus sum opprobrium illis/scilicet non credentibus. viderūt me: scilicet in cruce pendentem et mouerunt capita sua: scilicet deridētes. Sic scandalum patiuntur om̄es qui recedunt a proposito sancto. De quibus conq̄rit̄ Job. vj. Fratres mei dereliquerunt me: sicut torrens/qui raptim transit in cōuallibus. i. q̄ nō habuerunt ꝑseuerantiā fluxus bone voluntatis ⁊ caritatis. Orat aūt xp̄s vt non deficiat fides Petri: dicēs. Non erubescant in me qui expectāt te dn̄e virtutum non confundant̄ sup̄ me. q̄ querūt te deꝰ israel. qm̄ propter te sustinui opprobrium. operuit cōfusio faciem meā scz in passiōe mea. extraneꝰ

factus ſum fratribus meis: et peregrinus filijs matris mee. quaſi dicat. qđ propter nomen tuum paſſus ſum. pre cor ne redundet in confuſionem tuam: et eorum qui diligunt te ⁊ me propter te: et qui ſequuti ſunt me propter te. Oēs ergo diſcipuli ſcandalum in eo paſſi ſunt. quo verbo intelligimus oēs diſcipulos amiſiſſe fidem tēpore paſſionis. poſtea allegauit eis prophetiam. Zach. xiij. Percutiam paſtorem ⁊ diſpergentur oues. Nam percuſſo principe vel duce defluit exercitus. Addit tamen conſolationem dicens. Poſtq̄ autē reſurrexero precedam vos in galileam. Percuſſit autem dñs hunc paſtorē propter peccata ouiū. Eſa. liij. Propter ſcelus populi mei pcuſſi eū. ergo ſicut hic pcedit oues et ante eas vadit. Joh. x. ad ſuppliciū/ qđ ⁊ in primitiua eccl'ia fieri ſolebat/ vt prelati p̄mi raperent ad ſupplicia propter fidem xp̄i/ ſic etiam in galileam p̄ceſſit eos. i. aſcendendo in celum. iuxta illud Michee. ij. in fi. Aſcendit pandens iter añ eos ⁊c̄. qz iuit illuc fidelibus parare locū. Joh. xiiij. Eſa. lij. Precedet enī vos dñs ⁊ congregabit vos deus iſrael.

¶ Audiens aūt Petrus hec ꝙba dixit. Et ſi oēs ſcandalizati fuerint in te: ego nunq̄ ſcādalizabor. Hic petri preſumptionem arguimus: ⁊ dilectionem laudamus. Preſumpſit enī ante loqui q̄ intelligeret. preſumpſit promittere qđ ex ſe non poterat obſeruare. Non enī ſumus ſufficientes ex nobis/ ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. j. Cor. iiij. pſ. xciij. Niſi qz dñs adiuuit me paulominus habitaſſet in inferno aīa mea. Qui autē non hoc intelligit iactādo ſe dicit. Ego dixi in abundātia mea non mouebor in eternum. Sequitur. Auertiſti faciem tuā a me: et factus ſum cōturbat⁹. pſ. xxix. Neq̄ enim in fortitudine ſua roborabit vir j. Reg. ij. Sed dñs eſt fortitudo mea. pſ. xvij. hoc confitetur Aug. dicens. Eteni iam tibi confeſſus ſum laus vite mee dñe deus meus. quia ſperabā aliquando in virtute mea: que tamen non erat virtus: et ſic vbi credidi magis ſtare: ibi magis cecidi. et quod credebam conſequi: longius elongauit a me. Sic per multa ſimilia vires meas cognoui nūc/ quia tu illuminaſti/ quoniam quod magis per me poſſe credidi: minus potui. dicebā enim hoc faciam illud perficiā: nec hoc nec illud faciebam. Aderat voluntas non erat facultas. aderat facultas: nō erat voluntas. quia non in virtute ſua roboratur vir. vt glorietur ante te ſtulta preſumptio omnis carnis. Nec enim eſt hominis velle quod poſſit: vel poſſe quod velit. vel ſcire quod velit et poſſit. ſed poti⁹ a te greſſus hominis dirigūtur. Hieremie. x. Illorum qui non a ſe/ ſed a te dirigi ſe confitentur. ⁊c̄. Non igitur ſimus fidentes in nobis: ſed in deo qui ſuſcitat mortuos. ij. Corinth. j. Qui enim confidunt in domino ſicut mons ſyon non commouebitur. Preſumentes autem de ſe ipſis dominus humiliare ſolet. vt dicitur Judith. vj. Qui ergo ſtat videat ne cadat. j. Corinth. iiij. Laudandus tamen eſt Petrus quia ex feruore dilectionis loquebatur. Cui dixit dñs. Amen dico tibi quia in hac nocte anteq̄ gallus cantet ter me negabis. Marcus autē dicit. Anteq̄ gallus vocem bis dederit: ter me es negaturus. Lucas autem ſentit cū matheo dicens. q̄ anteq̄ gallus cantet: ter eum negaturus eſſet. Tunc reſpōdit Petrus. Et ſi oportuerit me mori tecum non te negabo. Quod eſt factum veri atq̄ fidelis amici: qđ pauci faciunt.

¶ Poſt hec (ſm q̄ dicit lu.) dixit diſcipulis ſuis. quādo miſi vos ſine ſaculo et ſine pera: nunquid aliquid defuit vobis? At illi reſponderunt nichil. Quod et nunc reſpondere poſſunt boni religioſi mendicantes. qui poſſunt dicere illud. pſ. xxxiij. Diuites eguerunt et eſurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Quia nō affliget domin⁹

ſame animam iuſti. ℣Prouerb.x. Immo in diebus famis ſaturabũtur. vbi peccatores peribunt. pſ. xxxvj. Seq̃tur/ ſed nunc qui habet ſaculum tollat ſimul et peram: et qui non habet: vendat tunicam ſuam ⁊ emat gladium. In quibus verbis innuit future calamitatis preſagium. Oſtendens etiam q̃ tempore neceſſitatis licet ferre peram ſimul cũ ſacculo. Et q̃ gladius eſt neceſſarius ad defenſionem iuſtitie quando opprimitur. Ideo dicitur. ℣Roma. xiij. q̃ miniſter iuſtitie non ſine cauſa gladium portat. cõcor. l. nõ fruſtra. xxiij. q. v. vbi dicit. Non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas regis et cognitoris ius vngule carnificis: arma militis: quia per hec ⁊ mali cohercentur: et boni inter malos quiete viuunt. Sequitur autem rationem quare hoc dixerit/ allegãs illud Eſa. liij. dicens. Oportet impleri in me q̃ ſcriptum eſt. et cum iniquis deputatus eſt. Eteni ea que ſunt ſcripta de me: finem habent. Ideo poterat dicere. Oñis conſummationis vidi finẽ: hoc modo venerat chriſtus legem adimplere. ℣Matth. v. id eſt in ſe complẽdo oñes legis cerimonias atq̃ ꝓphetias. Ergo nunc finem habent (o dñe) tormenta que paſſurũ te prophete dixerunt. O pium atq̃ compaſſiuũ fidelibus verbum: finem habent dies tui domine: finem habent prophetie omnes/ quia venit hora vt impleantur: ⁊ tu qui es agnus manſuetus oñia feras. Tunc dixerunt ei diſcipuli. Domine ecce duo gladij hic: id eſt poteſtas ſpiritualis: et temporalis. Ideo dixit ſatis eſt. ℣Matth. dicit. tunc venit in villam que dicitur gethſemani: ⁊ dixit diſcipulis ſuis. Sedete hic donec vadam illuc ⁊ orem. Et aſſumpto ℣Petro et duobus filijs zebedei: id eſt Jacobo ⁊ Johanne cepit contriſtari et meſtus eſſe. ℣Mar. cepit pauere et tedere. tunc potuit dicere illud. pſ. vj. Anima mea turbata ẽ valde. ⁊. pſ xxx. Defecit in dolore vita mea: ⁊ anni mei ĩ gemitibus. Item. pſ. liij. per totum. et. pſ. cxlij. Anxiatus eſt ſpiritus meus ⁊c.

¶ Non valet qđ hic dicunt communiter doctores: q̃ per hoc verbum cepit intelligitur q̃ tantummodo habuit triſticiam ſm paſſionem: et non ſm paſſionem: quia ſequitur contrarium dum dicit. Tunc ait illis. Triſtis eſt anima mea vſq̃ ad mortem: qđ capitur intenſiue/ id eſt q̃tum poſſibile erat triſtari/ et extenſiue: id eſt donec moriar. Ergo hec triſticia non habuit rationem propaſſionis: ſed vere et vltime paſſionis/ quia triſticia hec attingebat vltimum de potentia. Ideo dico hic q̃ Chriſtus non modo ſm aliquem motum ſenſualitatis triſtatus eſt: ſed etiam rationem. Ratio enim continet in portione ſuperiori anime duas partes: videlicet. Unam ſupremam que immediate cõſiderat deum: et diuinã: ⁊ ſm hanc Chriſtus non doluit/ quia conformabatur voluntati patris ſimpliciter. Aliam etiam partem que conſiderat hec inferiora prout debent dirigi ſm veritatem et iuſticiam ad finem vltimum/ ⁊ hec pars eſt que omnia ſm iuſtitiam appreciatur/ et quoniam ſm hãc chriſtus iudicabat iuſto et virtuoſo eſſe reddendum honorem: non iniuriam aut damnum cognoſcebat aut contrarium ſibi euenturum. Ideo ſm eam partem rationis dolebat et triſtabatur. ¶ Si arguitur q̃ Chriſtus non debuit timere: quia ſm ℣Philoſophũ iij. ethicorum cap. vj. fortis eſt impauidus. Dicẽdum ſm ℣Philoſophum q̃ fortis timet que ſunt timẽda vt deum/ quia qui nec deum metuit nõ eſt fortis ſed demens. j. mora. capo. v. et cap. xxj. dicit q̃ ille non eſt fortis cui nihil eſt horrendum. Nam et infamiam fortis timet. iij. ethicorum. ca. vj. ¶ Sed ⁊ mortem naturaliter ſapiẽs timet/ ſed dum voluntarie acceptatur vbi et quando oportet ille timor nõ vitiat virtutem fortitudinis: quia

virtus non eſt in naturalibus paſſionibus: ſed in actibus voluntarijs. Ideo licet metus mortis cadat in cōſtantem virum. ff. qō metus cauſa. l. metum. tamen fortiter acceptās mortem/ non poteſt dici pauidus. Igitur fortes gaudent honeſte mori ſm philoſophum. et Virgi. querentes pulchram per vulnera mortem. Hoc intellige per impium voluntatis regulate a ratione. Non autem ſm propriam nature inclinationem: quia natura refugit malum ſuum. Non autem habuit Chriſtus timorem perturbantem: aut auertentem voluntatem ab acceptatione mortis. Ideo non fuit in eo vitium. Nam oīe vitium timoris eſt in perturbatiōe/ ſeu auerſione voluntatis de acceptante quod deus vult. Et ita ſm philoſophum. iij. ethicorum. cap. ix. q̄ mors ⁊ vulnera ſunt moleſta homini forti et virtuoſo. ⁊ qñto eſt virtuoſior/ tanto magis cognoſcit ſe dignum vita/ et magis dolet de damno ſuo. Si arguitur q̄ Chriſtus fuit turbatus: quia dixit. Anima mea turbata eſt. Dicendum q̄ illa turbatio accipitur pro aggregatione omnium illarum apprehenſionū que tunc obijciebantur quaſi practice/ eo q̄ eſſent proxime. iuxta illud. pſ̄. xxj. Tribulatio proxima eſt intellectui eius. Sed non eſt putandum q̄ fuerit turbatus ita q̄ ratio fuerit impedita.

¶ Sed ſi quis deuotus velit cauſas triſticie domini contemplari ab ipſo domino ſi liceat poterit habere. Contemplando fidelis amica Chriſti continuo querens deſiderio ſpōſum. poſt qñ domo abſceſſiſſe percepit eum/ in qua cena paſchali ritu peregerat in montem oliuarum vbi conſediſſe illū rata rapido ſe contulit greſſu. Cumq̄ diſcipulos in gethſemani relictos offendiſſet/ percunctata quo dilectus abiſſet. Cantico. v. Protinus ſecuta eſt: licet morari eam diſcipuli conarētur dicentes. Quem diligis hic nobiſcum expectare potes: quia non tardabit reditum. Ipſe enim hic noſtare iuſſit: donec paululum a nobis digreſſus oraſſet. Impatiens illa more dixit. Si dedero ſomnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem donec inueniam dominum. pſal. cxxxviij. quoniā amore langueo. Cāticorum. v. Vbijs igitur relictis/ paululum cum pertranſiſſet eos repperit eum. Canticorū. iij. Cum diſcipulis in gethſemani chriſtū expectant qui fidem ſeruantes: ventura quidem bona ſperant/ ſed tamen vrgens amoris deſiderium non experiuntur. Nec ad Chriſti dulces anhelāt afflatus. ſua ſorte contenti. Vij nec affliguntur ardore propius dominum attingendi: nec preſentis temporis moram accelerare optant/ cum eo qui dicit. Accelera vt eruas me. pſ̄. xxx. Quoniam incolatus meus nimis prolongatus eſt. pſ̄. cxix. Nihil tamen q̄ ſit diuine contrariū volūtati quomodolibet facere volunt/ quod ſecularib⁹ quibuſdam bonis ac deum timentibus conuenit. Nonnulli vero non ferentes abeſſe longius chriſtum quocunq̄ ierit ſequuntur eum per famem ⁊ ſitim/ inopiam et ignominiam: tribulationes et mortem. veluti religioſam pro chriſti amore vitam aſſumentes et martyrium ſitientes aut patientes.

¶ Inter viros autem religioſos expectantium in gethſemani ⁊ procedētium in ortum contemplationis inuenitur differentia. In gethſemani expectant qui communi religionis obſeruatione contenti/ nil vltra ſpiritualitatis et deuotionis gratie querunt. hi matutinos diurnoſq̄ pſalmos pauſate pſallunt. miſſas deuote celebrāt. honeſte inter homines cōuerſantur. obedientie colla volenti ſubmittunt animo. ⁊ quicquid ad exteriorem pertinet religionem q̄ libenter agunt. Allicere vero ſpiritum interius neſciunt contemplationibus: nec ardentibus animum flammis excruciari patiuntur diuine caritatꝭ/ quoniam vel

admouere ſuperius afflatibus mentem non aſſueuere: vel quia vim affligentis non ſuſtinent deſiderij. Nil profecto acrius animum q̄ amor torquere ſolet: dum quod ſummo expetitur deſiderio non habetur vel differtur. In ortum vero chriſtum ſequuntur/ qui pro nichilo quecumq; fiunt apparenter ardore numio reputantes non quieſcũt animo niſi Chriſtum in ſinũ ſui amoris aſſumãt/ eiq; perfecta cohereant caritate. hij non attendunt: nec magnum aliquid putant omnem ſubſtantiam domus abieciſſe. (Canticorum vltimo) Hec obedientie ſuſcepiſſe iugũ/ aut queuis onera pro chriſto pati/ quoniam indigna hec omnia reputant quibus promereatur gratia Chriſti. nec dignum aliquid offerre deo ſe poſſe atbitrantur. Michee. vj. Quoniam ſit melior miſericordia eius ſuper vitas. pſ. lxxxij. Hoc eſt ſi mille cõtingeret vitas pro chriſto dare: non tamen ob hoc condigne illius gratiam mereretur. Quod bene apoſtolus inſinuare videtur dicens. Non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Roma. viij. Igitur hij ſurſum ferri volunt in deum non ferentes moram gethſemanicam continuis animorum affectibus tendere conantur in deum. Illic animi motus omnes accedunt. Illic intentio cuncta que faciunt opera precurrendo precedit. Illic intellectus negociationes omnes aduehit. illic iugis meditatio fabulatur/ illic oĩis verſatur cogitatio/ tendit affectus/ effluit deſiderium/ irruit amor/ manet propoſitum. et oĩis anime vis effuſo calle procedit. Hinc lachryme ſurgunt eſtuantis anime teſtes: que calenti ex fornace veluti digeſtarum ardẽti flãma radicum ſtillantes vaſis gutte decurrunt. Hinc alti gemitus reſonant pectore clauſo et frequentia pandũt ſuſpiria mẽtem. Non igitur in gethſemani pati poſſunt cum diſcipulis moram/ ſed cum Petro: Jacobo: et Johanne. Secretum ingrediuntur oraculum ſemoti a mundi ſtrepitu/ cõplectentes animo Chriſtum.

¶ Interim ſm Matthcum et Marcum dixit dominus diſcipulis: id eſt Petro: Jacobo: et Johanni. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem: ſuſtinete hic et vigilate mecum. Suſtine igitur anima mea in verbo eius. pſal. cxxix. Suſtine in pacientia ferendo quelibet mundi mala pro Chriſto. ut hortatur ſapiens dicens. Depime cor tuum et ſuſtine. Eccleſiaſtici. ij. Non eſt autem paries communis idoneus/ qui vtriuſq; domus onera ſuſtinere non poteſt. ff. de dam. infec. l. in parietis. Sic non eſt idoneus Chriſti miles qui ſuſtinere et ſua et mundi nequit aduerſa.

¶ Sequitur. Et progreſſus paulum procidit in faciem ſuam orans & dicens. Pater mi ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. hanc orationem fecit (ſm Lucam) auulſus a diſcipulis q̃tum eſt iactus lapidis. Oſtendens quoniam ab omnibus ſecedendum eſt orationis tempore. liberius etenim ſolitudo preſtat orandi ſolacium: et non niſi ſolitarijs dominum leginus apparuiſſe. velut Moyſi. Exodi. iij. Ideo dicit. In terra deſerta inuia et inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi. &c. pſal. lxij. Pater mi inquit. Pater. ecce nomen caritatis: quoniam nullus affectus vincit paternũ. C. de cura. fu. l. cum furioſus. Pater mi. licet enim per creationem ſis oĩum pater/ mihi tñ ſoli pater es p naturam. Pater mi/ ecce notationẽ proprietatis. Si poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte &c.

¶ In hac Chriſti oratione tria ſunt conſideranda: videlicet.

Jnuocatio amoroſa. Ibi Pater mi. vt dictum eſt.

Secũdo conditio dubioſa. Ibi ſi poſſibile eſt.

Tertio afflictio/ſeu paſſio doloroſa. Ibi tranſeat a me calix iſte.

¶ Quo ad primū iam dictū eſt q̄ nō eſt affectus maior paterno. Nunc tñ extraneum deus reputabat filium ſuum quem quaſi hoſtem habebat. Job xix. Iratus eſt furor eius contra me: et ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum. Ideo in perſona Chriſti dicebat Job xxx. Clamo ad te et non exaudis me: ſto et non reſpicis me. mutatus es mihi in crudelem: et in duriciam manus tue aduerſaris mihi. Scio quia morti trades me/ vbi cōſtituta eſt domus omni viuenti. quoniam videlicz per Chriſti mortem / omnibus data eſt vita fidelibus. Alias ſm litteram. Domus omni viuenti conſtituitur in morte: quia omnis viuens ad mortem venit: et tunc domum eternitatis ingreditur.

¶ Secundo quo ad conditionem ſi poſſibile eſt. mihi videtur hoc fuiſſe delatum in alto diuinitatis conſilio. vbi preſidente iuſtitia circumſtantibus miſericordia atq̄ ſapientia/ omnipotentia/ et veritate/ negocium alto fuit certamine diſputatum vbi q̄ſtione propoſita/ an aliter q̄ per chriſti mortem poſſet humanum genus redimi. miſericordia primum dixit. hoc quidem optime: quoniam miſericordem ſuper omnia hominū peccata deum ignoſcere non diſconuenit/ et licet malicia ſua perire hominem non ſit iniuſtum: tamen indulgētiam poſſe a deo percipere: iuſtitie nequaq̄ eſſe contrarium. Naturam autem diuinitatis eſſe benignam et ad indulgētiam pronam eſſe potius q̄ ad vindictam. de peniten. diſtin. j. quia diuinitatis. patrem digne quidem miſereri filiorum ſuorum. pſ. cij. Poſt hanc ſapientia dixit eſſe alios redimendi modos q̄ per Chriſti mortem. nec enim vnico diuina maieſtas modo concluditur. Poſſe igitur aduocari diabolum z cogi ſiſtere in iudicio iuſteq̄ damnari eum rapine atq̄ lucri fraudulenti/ eo q̄ mendacio vſus ſit in homine decipiendo/ non debere autem (ſm iura) cuiq̄ eſſe ſuam fraudem lucroſam. extra de offi. et po. iu. dele. paſtoralis. vel alteri ſimplicitas damnoſa. ff. de dolo malo. l. j. in principio. Non enim debet fraus et dolus cuiq̄ patrocinari. extra de reſcriptis. ſedes apoſtolica. §. ſi quis. et. cap. ex tenore. in fine. extra de appellation. ex inſinuatione. in fin. et extra de cle. nō reſi. tue fraternitatis. Cum igitur ſapientiam non vincat malicia. Sapiē. vij. Nequaq̄ dicere diabolū ex fraude lucrum reportare. Juſte igitur illi hominem abſq̄ alio precio poſſe auferri. Omnipotentia autem dei protulit id eſſe ſimpliciter illi poſſibile: ſcilicet eruere hominem in fortitudine de manu diaboli ſm figuram liberationis filiorum iſrael de egypto: quos dominus eduxit in manu forti z brachio extento. Exodi. xiij. Poſtremo veritas ſententiam quidem precedētium approbauit. et hec quidem eo modo fieri poſſe/ quoniam non eſt qui deo reſiſtere poſſit aut ei dicere. cur ita facis? Sapien. xij. Oportere tamen veritatem quoq̄ cum miſericordia pariter miſcere: quia omnes vie domini miſericordia et veritas. pſal. xxiiij. Et cum potentia decere iuſtitiam conuenire. Cum igitur dignum ſit maleficia non linqui impunita vt. ff. de re. vend. l. in fundo. deceſtq̄ penam auctores tenere ſuos. C. de penis. l. ſancimus. nullo modo licere hominem diuine legis tranſgreſſorem impune dimitti. Cum autem non ſufficiat hominis pena ad abolendam culpam in deum commiſſam. eo q̄ ſit infinita ratione offenſi ſiquidem augetur crimen ratione offenſi. ff. de re militari. l. omne delictum. Ideo iuxta dignitatem leſi penam debere metiri ledentis. in clemē. de pe. quod probat glo. in cap. cum illorum §. nos tamen. extra de ſenten. excō. Aliter ſiquidē puniendus eſt qui parentem

vel dñm percuſſit: q̄ qui extraneū. inſti. de iniu. §. atrox. Et quidē lōge grauius eſt diuinā q̄ tēporalē offendere maieſtatē. C. de here. ⁊ mani. l. gazaros. extra de here. c. vergentis. Infinite igitur dignitatis deus offenſus: infinitā reddit offendentis hominis culpā. Non poterat ergo homo pena ſua/ que (q̄tacunq; ſit ſemper finiti tenet rationē/ infinitā delere culpā. Solius ergo dei erat hanc poſſe delere. ſed quoniā iuſticia mediāte pena erat inferenda non poterat deus hanc pati qui eā poterat abolere. Debuit igitur ⁊ deus ⁊ homo eſſe idē vnus: qui ⁊ pati poſſet quod iuſticia infligebat/ ⁊ ſatiſfacere quod offenſi dignitas expoſcebat. hijs oñibus auditis/ cōcluſit iuſticia non eſſe conuenientiorē redimendi hominis modū q̄ per mortē chriſti. Tunc exurgens aduocat⁹ xpi innocentia dixit. ſat intellexi concluſum eſſe chriſtū pro hūani generis redēptione debere mori: quod ſalua omni reuerentia non michi videtur equū. Que eñ poteſt ratio ſuadere/ vt iuſt⁹ loco impioꝝ tradatur in mortē? Chriſtus eñ innocens abſq; peccato ſemper exiſtens in dānū vocari non debet quia rē que culpa caret in dānū nō cōuenit euocari. extra de conſti. cognoſcentes. Nullus autē innocens obteri debet. C. de iudeis. l. null⁹. quare mutari ſententiā peto. Hijs auditis exſurrexit aduocatus hūane nature/ miſericordia. alius quoq; aduocatus nature angelice. ⁊ alius aduocatus patrū in limbo recluſoꝝ. qui vna voce dixerunt. Equidē fatemur innocentem chriſtū nequaq; morti obnoxiū/ ſz quoniā bonū publicū eſt priuato preponē dū. extra de re. ⁊ tranſe. ad religionē. licet. ⁊. viij. q. ij. c. dilectiſſimi. ff. de re. diuiſi. l. riparū. inſti. de re. di. §. littoꝝ. quoniā bonū q̄to cōmunius tanto diuinius. j. ethi. Ideo videtur poti⁹ eſſe morti tradēdus chriſtus: q̄ totus mūdus in dānatione perpetua relinquēdus. Ad quod reſpondens innocentia dixit. argumentū quidem tunc vires habere/ quando non fit iniuria parti. ſed tantūmodo iudiciū fit que potioꝝ vtilitas habeatur publica vel priuata. vt in. l. q̄uis. ff. de acq̄re. re. do. ſed vbi leſio concurrit innocentis non habet ratio locum: quia non debet nocere factum alterius ei qui nichil fecit. ff. de noui ope. nū. l. de pupillo. nec debet alteri per alterum iniqua conditio afferri. ff. de reg. iu. l. non debet. Homo igitur qui peccauerat ipſe penam dānum q̄ portaret. quia dicitur. eze. xviij. Anima que peccauerit ipſa morietur. quia damnum quod quis ſua culpa ſentit: alteri non debet imputare. de re. iu. li. vj. Imputatur enim ei qui ſeipſum ſponte proiecit ex equo ſi collifus eſt. xxiij. q. iij. diſplicet. Ergo dicitur. pſ. xlviij. frater non redimit (ſcilicet chriſtus) redimet homo. i. dānum feret niſi redimere poſſit. Ad hāc oppoſitionem reſponderunt aduocati verum eſſe. ſed cedere in maximum chriſti honorem ſi hanc penam ſubire vellet. dicente propheta. Eſa. liij. ſi poſuerit pro peccato animā ſuam videbit ſemen longeuum: ⁊ voluntas domini in manu eius dirigetur. Eumq; benignum eſſe: nec recuſare penam pro homine pati. Hijs auditis lata eſt ſententia ab ſupremo iudice in hunc modum. Chriſtū humani generis redēptorem conſtituimus: modo mortem pati dignetur. Oblata igitur per angelum qui dicitur veniſſe ad chriſtum confortandum ſententia: duro in agone poſitus ſanguineos ſudores emiſit attendens quoniā anguſtie illi eſſent vndiq; dan. xiij. quod quidem naturaliter factum puto/ eo q̄ nimio dolore cōmota chriſti interiora mixtū ſudoribus ſanguīe emiſere p poros. Cūq; ſurrexiſſet ex agonia dixit. Pater ſi non poteſt a me tranſire calix iſte niſi vt bibam illum. fiat voluntas tua. Adueniens autem anima fidelis amica chriſti ad locum: vidit petrum cum iacobo iohanneq; dormientes. quos per

transiens/venit in ortum vbi christum genibus innixum adhuc ꝛ sanguineo tinctum colore vultũ aspexit. Cognoscens autem christus a longe animam pre pudore ad eum accedere non audẽtem emisso primum suspirio ab imo pectore tractum vocare dignatus est eam dicens. Veni amica mea ꝛ osculum michi caritatis exhibe concupitum.can.j.geñ.xxvij. Tunc familiari vsa colloquio cepit anima percunctari multa cum reuerentia/que nam tanti foret domino causa doloris.Cui ille grauem explicatu questionem petisti quam nichilominus tibi vtcunq; narrabo.scio enim te meo compassuram dolori/ob eum quo me prosequi videris amoris ardorem. Doleo quippe o anima humanum genus in iram venisse dei ob primi parentis inexpiabile nisi meo sanguine factum.quo natura filij ire sunt vniuersi propagati ex eo constituti.Ephe.ij.Doleo cernens vniuersos pene huius mũdi homines in peccata ruere pronos eũtes in cursum suum quemadmodum equus impetu vadit in bellum.Hiere.viij.Nec est qui penitentiam agat super peccato suo. me autem oportet omnium loco dolere:quoniam posuit in me dominus iniquitates cunctorum. Esa.liij. gaudentes autẽ hij omnes properant ad infernum.Job.xxj. Ego autẽ animarum cognosco valorem: et quanta sit hominis in deum offensa. Omnis itaq; michi dolor ille debetur/qui cũctis esset simul hominibus inferẽdus. Alia michi causa doloris est.considerans me prope hanc horam proprio a discipulo tradendum.a iudeis militibusq; romanis(latronis more)capiendum.asperẽ vinculis alligandum per viarum compita per trahendum.deridendũ.conspuendum.flagellandum. spinis coronandum.condemnandum crucifigendum.ꝛ morte turpissima finiendum.Considero pie matris futuras angustias quas mei causa portabit.Conspicio discipulorũ meorꝫ scandalũ qui me relinquent atq; negabũt. Hec cursim tibi breuiq; cõpendio retuli/vt perspicias que me maneant in proximo mala/quoniã tribulatio proxima est/ꝛ non est qui adiuuet.pš.xxj Hijs auditis in lachrimas prupit anima/miserabile fatũ deplorans amici/ cuius nil meruit egrum tollerare corpus aut tristia tela. Conspiciens vero postverba christũ in nudã cecidisse humũ pre nimio malo.ꝛ in extasim sine sensu pene redactũ. horrifica tabefactũ tristicia:atq; imagine mortꝭ perritũ sine voce/et pronũ frigidos declinare corporis artus:ac tremere labens precipiti casu distentum corpus in terrã celesti rore madentes cooperiẽs herbas/ altiore cepit plãgere modo/ angustias animi pandens clamore soluto.O nate dei que te manet vltima vite sors pro scelere hominis/ quo tu liber existis? O celici venite chori supponere caro Ceruical capiti quod humus frigida suffert. Non licet heu tenero vel saltim tergere limbo.sudosam faciẽ lintheisq; conuoluere caput Ah cur sanguineũ suscipis o terra manantẽ sudore dñi dignius in tenui palla efflueret collecta sinu virginis hic eiulantis amice. O vtinã ebria forent mea viscera succo guttatim effluente sancto inter gramina:nullo colligente sacrũ stillãtẽ a corpore fluxũ. ¶ Surgens aũt dñs ab oratione venit ad discipulos suos ꝛ inuenit eos dormientes ꝛ dixit petro sic. Non potuisti vna hora vigilare mecũ? puto tunc petrũ multa perfusũ erubescentia:quoniam qui se plurima facturũ spoponderat: vnus hore vigilia succũbebat. Qui tipũ tenet eorũ quos ad horã mirabilis deuotio mouet.ſꝫ cito lassati decidũt ab opere cepto. de quib⁹ dicit grego. de pe.distin.ij. multi bene incipiunt: qui vitã male finiunt.et ꝑma postolũ. Gala.vi. Hij stulti sunt qui vitam spiritualem inchoant / et finiunt in carnalẽ.quos arguit.Qui.dicens. Cepisti melius q̃ desinas.vltia primis non

rñdēt.ideo dicit.apo.ij. Caritatē pri-
ſtinā reliqſti:mēor eſto vñ exciderīs.z
age penitētiā.z pma opa fac. ſinautē
veniā z mouebo candelabrū tuū de lo
co tuo/ideſt lucernā intrinſiſe gratie
et exterioris honor. Euigilato petro
prius euigilauit ceteros dicens. vigi-
late z orate/ne intretis in temptationē.
Spiritus quidem promptus eſt caro
autem infirma. Vigilate inquit.ſcili-
cet obdormiatis in morte: z dicat ini-
micus prevalui aduerſus eum.pſ.xij.
Nec profecto euigilare poteſt/qui ſe-
mel ſopor atus obdormierit in pecca-
to:niſi dominus euigilet eum.pſ.iij.
Ergo dormiui z ſopor atus ſum.et ex-
urreri qz dominus ſuſcepit me. Ideo
dicit. Ephe.v. Surge qui dormis z ex-
urge a mortuis/ ideſt peccatis. z illu-
minabit te chriſtus. Sed nūquid qui
dormit non adijciet vt reſurgat? pſ.
xl. Hora eſt certe iam nos de ſomno
ſurgere. Vigilantibus quidem z non
dormientibus iura ſubueniunt.ff. de
hijs que in fraudem credito.l. pupil-
lus. Vigilate igitur ne dormiētes tur
bidus inuadat hoſtis. quia ſm poe.
ſepe ſopor atos inuadere profuit ho-
ſtes. Et quidem ſomnus gelide mor-
tis gerit imaginem dicente Ouidio.
li.ſine ti. Infelix nimis qui tota quie-
ſcere nocte ſuſtinet: et ſomno premia
magna vocat.ſtulte quidem ſomnus.
ni gelide mortis imago? longa quie-
ſcendi tempora fata dabunt. Vigila-
te igitur: ſed non inſanie vigilias ple-
nas habentes. Sap.xiiij. Veluti qui-
dem lubricitati ſtudentes: z choreas
nocte tota ducentes.aut aleā vſqz ma
ne ludentes: quos nobilitatis habere
laudem negat Iuuenalis.in ſatira de
nobilitate dicēs. Quis fructus gene-
ris tabula iactare capaci. Famoſos
equitum cum dictatore magiſtros.
Si coram lepidis male viuitur: effi-
gies quo tot bellatorū: ſi luditur alea
pernox.ante matutinos ſi dormire in-
cipis ortus luciferi/ quo ſigna duces
z caſtra mutabāt. Vigilate ergo ſz nō
ſicut latrones q̄ vigilant ad predam.
iob.xxiiij.aut veluti cōſiliantes conſi-
lia mala. qñ ſuccidētur oēs q̄ vigilāt
ſuper iniquitatem. Eſa. xxix. vigilate
autē z orate dicit dñs. Vigilate in
orationibus: quia aduerſarius veſter
diabolus circuit querens quem deuo
ret.j.pe.v. Vigilate igitur et orate vt
non intretis in temptationē. Ergo tē-
ptatio fugatur oratione: z coalescit ni
mio ſomno. Vigilate igitur bonis ope
ribus inſiſtendo/vt quacunqz hora do
mīn? venerit vos vigilantes inueniat:
z ſecum in gaudiū introducat eternū.
Cōbrē dicit. pſ.lxij. Deus de? meus
ad te de luce vigilo.quia ipſe dicit pro
uer.viij. Qui mane vigilant ad me in-
uenient me. Vigilate igitur z orate vt
non intretis in temptationē. Aliud eſt
enim hominem intrare in temptatio-
nem:aliud temptationē intrare in ho-
minem. In temptationē intrat qui in-
cipit cogitare malum. In hominē ve-
ro tēptatio intrat qñ a peccati deſide
rio penitus abſorbet. Licet e cōuerſo
dici poſſet.in hoiem tūc intrare tēpta
tionē qñ ad malū ſtimulat. hoiem vo
tūc ingredi tēptationē/ qñ peccato cō
ſentit. Igitur ſm orationē dñicā dici
mus: z ne nos inducas in tēptationē.
Spūs quidē malignus tēptans/ prōp-
t? eſt.qz nō dormit. Job.xxx. q̄ come
dunt me nō dormiunt. prōptus eſt/ qz
ſēper circuit querens quē deuoret.j.
pe.v. prōptus eſt qz nō laſſat nec quie
ſcit. Infatigabilis em̄ eſt/ ideo nec pa
cē nec treugas cū eo habere poſſum?.
nō pacē: qz īplacabilis eſt inimic?. nō
treugas qz nō fatigat. ideo dr. iob.xl.
Nūqd mltiplicabit ad te pces: aut lo-
quet tibi mollia:nunqd feriet tecū pa-
ctū/ z accipies eū ſeruū ſēpiternū? qz
ergo prōpt? eſt ſpūs nō pōt caro q̄ eſt
īfirma reſiſtere niſi dei auxilio fulciat
Caro īfirma ē qz corruptibilis. z nō ſo
lū infirma ē caro/ſed etiā infirmū red
dit ſpm̄ inhabitantē. qz corp? qō corrū
pit aggrauat aiam.ſap.ix. z terrēa in-
habitatio deprimit ſenſum. Redijt igi

tur euigilatis diſcipulis ad oratione3 ⁊ rediens repperit ſemper diſcipulos dormientes. Tertio rediens facta vltima oratione vt prius/eũdem ſermonem dicens. videlicet. ℙater mi ſi nõ poteſt hic calix a me tranſire niſi vt bibam illum fiat voluntas tua. venit ad diſcipulos qui dormiebant grauatis oculis pre triſticia(ſm Lucam)et dixit eis. dormite iã ⁊ requieſcite. quod dupliciter poteſt intelligi. videlicet affirmatiue. et hironice. Affirmatiue quia tũc poterant dormire ſecure per mortem. Ex quo concluſum erat chriſtum debere mori qui in proximo portam aperiret paradiſi/ que prius clauſa manebat. Igitur dicit. pſ. iiij. In pace in idipſum dormiam ⁊ requieſcã Nam qui ante chriſti paſſionem dormierant in pace nequaq̃ dormierant quoniam inprofundiſſimũ deſcendebant infernũ. Job. xvij. Hironice etiã poteſt intelligi dictum propter ſequẽtia verba que dicit. Ecce appropinquat hora et filius hominis tradetur in manus peccatorum. quaſi diceret. non eſt nunc tempus dormiendi: ſed vigilandi viſo periculo. Ideo ſubdit dicens. Surgite eamus. Ecce appropiquat qui me tradet/ ideſt iudas. Ex quo patet. chriſtum preſentem habuiſſe iudam vbicunq̃ fuiſſet: ⁊ oñia quecunq̃ fiebant. Surgite quia non habetis hic requiem. Michee. ij. Pro fecto hinc nobis ſurgendum eſt: et alio properandum quia non habemus hic ciuitatem permanentem. ſed futuram inquirimus. Heb. vlti. Eamus: (inquit) et quomodo? Nunquid in obliquã viam? aut fugiẽdo aduerſarios? non/ ſed obuiam illis. Nunc veniendũ eſt ad iohannẽ qui dicit. Sciebat autem ⁊ iudas qui tradebat eum locum ſcilicet in quo ieſus ad orationem venire ſolitus erat. quia frequẽter illuc ieſus venerat cum diſcipulis ſuis.

Qua ex re colligimus non eſſe bonũ inimico pãdere ſecreta noſtra. aut cõſuetudinem facere notam. Ignoret ſemper hoſtis vitam tuam. ⁊ lõge fiat a cõſuetudine tua. neſciat alienus cõuerſationem tuam. ſed nec omnibus domeſticis tuis notam facias familiaritatem tuam. Ideo dicitur. Eccli vj. Multi pacifici ſint tibi. et conſiliarius ſit tibi vnus de mille. ab inimicis tuis ſeparare ⁊ ab amicis tuis attende. ¶ Judas ergo cum accepiſſet cohortem a pontificibus ⁊ phariſeis miniſtros: venit illuc cum laternis et facibus ⁊ armis. Judas igitur poſt pactum de tradendo chriſto. habito tempore oportuno cum ſciret chriſtum in loco ſemoto a turba reſidere: ratus hoc vnũ eſſe opus acceleratione / ne iterum in ciuitatem rediret/ namq̃ ſine turbis querebat eum tradere / cito ad pontifices venit dicens. egreſſum chriſtum ea nocte in oportunum locũ capiendi eum. Ideo ſibi dari milites ocius expoſcit. quos non ipſi pontifices ſed pilatus preſes prouincie in ditionem habebat. Rogatus igitur pilatus (et fortaſſe precibus auro mixtis. Multum enim valent erate preces) cohortẽ ordinauit que vt dicitur. ff. de hijs qui no. infa. l. ij. in glo. ſuper ver. ale. Ala continet triginta equites ad regendos pedites/ et ibidem ſuper verb. cohortis. Cohors habet decem alas. Legio vero habet decem cohortes. que faciunt ſeptem mille et centũ pedites et ſeptuaginta. xxx. equites. exercitus vero eſt collectio totius milicie. Cohors igitur continet decimã partem legionis. et ſic erant numero romani milites ſeptuaginta ⁊ decem pedites. ⁊. xvij. et tres equites. abſq̃ ſeruis pontificum qui venerant ad capiendum chriſtum. Cum lãternis veniunt/ deceptores/ quia lumen veritatis abſcondunt/ et mendacijs vel fictionibus circũducunt: vt falſi aduocati. Hipocrite religioſi/ vſurarij palliati curiales ipij atq̃ adulatores. Cũ facibus vero veniũt inflãmati aperta libidie ⁊ auaricia ſeu ãbitione. Cũ armis veniũt violẽti raptores. homicide

percuſſores armigeri. ¶ Jeſus itaq; ſciens oīa que vēntura erāt ſup eū. quo patet ipſum fuiſſe deū/ q̄ nouit omnia anteq; fīāt. eccli.xxiij. ꝓceſſit ⁊ dixit eis. ¶ Proceſſit ergo nō retroceſſit. non fugit ſed obuiā venit. Et quidē fugere poterat ſi voluiſſet. quia nox ⁊ pudorem celabat: ⁊ fugiēdi ꝓmoditatē ꝓeſtabat. ¶ Proceſſit ergo inermis cōtra armatos. ſolus contra multos. nunq; huic virorū fortiſſimo eſt quiſq; fortiū cōparand⁹. Quis inquit moyſes exo. xv. ſimilis tui in fortib⁹ dñe: nūq; leonida grecus q̄ perſis obuiā venit/ aut alexāder magn⁹. aut iulius ceſar huic ſimilē edidere fortitudinis actū. Nūc nūc ſe impauidū xp̄s oſtendit/ ⁊ facto docuit contēnere mortē. vt decet quē libet fortem. ethi.vj.c.iij. Sed quis te cogit(o pie ieſu) dilectā aiam tuā tradere in man⁹ inimicorū tuorū. hie.xij. Quis te volūtarie morti obiecit/ niſi obedientia quā ad patrē tenere voluiſti. ⁊ caritas qua hoīem dilexiſti: tūc adimpletū eſt illud. Eſa.liij. oblat⁹ eſt quia ipſe voluit. ⁊ ps̄. volūtarie ſacrificabo tibi. ⁊ quod ipē dixit. ego aiam meā pono. ⁊ nemo tollit eā a me. ioh.x Si arguit q̄ xp̄s ex quo patri tenebatur obedire non ſponte ſed neceſſario mortuus eſt. Dicendū neceſſitate quidē congruētie ſed nō coactionis. quoniā violentū dicit cuius principiū eſt ad extra non conferente vim paſſo. iij. ethi.c.j. hoc eſt vbi tota vis actiōis venit ab extrinſeco. ſed nō ſic in xp̄o qui per electionē acceptauit mortē. Jgit principiū nō fuit ab extra ſed ab intra q̄obrem ſpōtanea fuit volitio mortis. Jdeo dicit ibidē phūs.c.ij. quod ſpōtaneū dicit quod fit per electionē. nō igitur eſt volūtarij ⁊ inuolūtarij ratio ſumenda penes rationē obligationis/ qua quis hoc vel agere vel non agere obligat. ſed penes modū eliciēdi actū quoniā nec ipſa obligatio reddit inuoluntariū volūtarie opus obligationis agentē. quia ⁊ ſi actio mēſuret ad obligationē nō tamē ipſa que ſemper libera eſt volūtas poteſt comprimi vt obligatiōe aliqua metiat. eo q̄ ipſam obligationis actionē poteſt libere ſemp ſi velit elicere / quā ſi illiberaliter agat. tunc profecto coacta eſt nec meritum habere poteſt. ¶ Proceſſit ergo ieſus q̄ a patre ꝓceſſit ⁊ venit in mundū. ioh. viij. qui a matre ꝓceſſit tanq; ſponſus de thalamo ſuo. ps̄. xviij. proceſſit obuiam inimicis ſuis ⁊ dixit eis. Quem queritis: ſcilicet ad perdendū cū impetu/ cū furore/ ⁊ armorū ſtrepitu: reſponderūt ei. Jeſum nazarenū. hij ieſū noiabāt ſed nō in ſpū ſctō. Dixit eis ieſus. Ego ſum. Ego ſū q̄ ſum. exo. iij. Ego ſum quē querere debetis dū inueniri poſſū. eſa. lv. ad miſericordiā faciendā. ad gratiā conferendā. ad vitā ⁊ gloriā condonandā. Juxta exhortationē pſalmiſte dicētis. Querite deū ⁊ viuet aia vra. ps̄. lxviij. Ego ſuꝫ qui me trado morti ꝓ mei gregis vita. ego ſum q̄ me offero tāq; fortis propugnator ad ſaluandū. eſa. liij. Stabat autē ⁊ iudas q̄ tradebat eū cū ipſis q̄ iā venerat(ſm matheū) cū turba multa cū gladijs ⁊ fuſtib⁹ miſſi a principib⁹ ſacerdotū ⁊ ſenioribus populi. et iudas dederat eis ſignū dicēs. quēcūq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum. Et lucas dicit/ q̄ antecedebat eos. Marc⁹ dicit eū dixiſſe ſatellitib⁹. ducite caute. Et confeſtim(ſm matheū) accedēs ad ieſum dixit. Aue rabbi. ⁊ oſculat⁹ eſt eū. dederat aūt hoc ſignū vt aliqui dicunt/ ne forſitan loco xp̄i acciperēt iacobū/ q̄ xp̄o ſimillim⁹ erat. fortaſſis ꝓpter noctē/ quia al's non cognouiſſent eū. Sic mundus prodit quos proſperitatē tribuēs oſculat: quia in finē detrudit in penas. Ex hoc etiā percipimus nil peius eſſe familiari inimico ſunt eñ nōnulli q̄ pacifice loquuntur hom̄ib⁹: et occulte ponūt eis inſidias Diere. ix. ⁊ ps̄. xxvij. Loquunt pacē cum proximo ſuo: mala aūt in cordib⁹ eorū. idē. xxxiiij. michi quidē pacifice loquebant. ⁊ in iracūdia terre loquentes dolos cogitabant. Sic legit. ij. re. xx. q̄ ioab doloſe fingēs oſculum occidit amaſam dicēs ei. ſalue frater. Sic

legitur.ij.re.xx.q Joab dolose fingēs osculū occidit amasam dicens ei. salue frater. Sic quēcunq; mūdus osculatur prosperitatē conferēs. tenetur a diabolo. quia dicit. eccli.xj. Si diues fueris nō eris immunis a peccato/ ⁊ q̄ volūt diuites fieri incidūt in laqueos diaboli.j.thi.v. quēcūq; osculat mere trix. tenebit voluptate miserā animā captiuāte. extra de renun. nisi cū pridē. post osculū iude indecorum est virum viro dare labellū. Et cōfestim (inquit Math) accedens ad iesum dixit. Aue rabbi. ⁊ osculat⁹ est eū. dixitq; illi iesus. Amice ad q̄d venisti? Lucas dicit q iesus dixit illi. Juda osculo filiū hominis tradis. Hic iude maliciam ⁊ christi videmus beniuolentiā Osculo prodit ille dominū ⁊ beneficiū suū. hic osculo recipit proditorē agnitū suum. nō repulit. nō iniuria lacessiuit: nō pugno percussit ad se venientē. ⁊ oscula dantē inimicū. Sed veluti agnus mā suetus dulci atq; mitissima voce dixit Amice ad q̄d venisti? i. q̄ te causa huc adduxit? q̄ ratio te mouit vt venires ad prodendū dn̄m tuū? q̄ nūq̄ te quauis iniuria vel lesione affecit. q̄ tibi res om̄es cōmisit. q̄ te nimio honore dignificauit ac sua familiari ꝯuersatiōe participem fecit. ⁊ apostolatus dignitate sublimauit? O igratissime iuda cur inuidiam pro caritate. odiū pro beniuolentia. fraudem pro confidentia. deceptionē ꝓ fidelitate ⁊ malū pro om̄i beneficio reddis? Osculo eum tradis q̄ scit quid mente geras: nec tamē repellit: qui te potest adijcere morti: nec tamen insultat. Age virorū scelestissime quod impio sub pectore versas. quoniam tibi soli malicia oberit tua. que vniuerso mundo maximā est gratiā allatura. Post iude osculū dixit christus assistentibus. Quē queritis? vt supra expositū est. Illi autē responderunt. Jesum nazarenum (s̄m iohannē) Stabat autē ⁊ iudas qui tradebat eū cum ipsis. vt ergo dixit eis / ego sum abierunt retrorsum ⁊ ceciderunt in terrā. ꝓut antea ꝓphetatū fuerat. ps̄.xxvj. Dum appropiant super me nocentes vt edant carnes meas. qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt ⁊ ceciderunt. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum. Et hiere.xx. dicitur. Audiui terrorem in circuitu/ persequamur eum si quomodo decipiatur: ⁊ preualeamus aduersus eum. Domin⁹ autem mecum est tanq̄ bellator fortis. Idcirco qui me persequuntur cadent ⁊ infirmi erunt ⁊ confundentur vehementer / quia non intellexerunt opprobrium sempiternuz quod nunq̄ delebitur. Abierunt ergo retrorsum/ idest retrocesserunt ⁊ ceciderunt in terram non ferētes vim verbi domini. Et quid mirū si cadunt homines a virtute verbi: cuius imperio cuncta sunt creata. quia dixit ⁊ facta sunt. Nam verbo domini celi firmati sūt. ps̄.xxxij. ⁊ in verbo ei⁹ stetit aqua sicut congeries. eccli.xxxix. Nam sermo eius potestate plen⁹ est. eccl's.viij voluit enim domin⁹ ostendere. quoniam solo verbo poterat omnē aduersariorum virtutem prosternere vt nossēt nōnisi in volentem posse seuire. Destituta om̄i robore membra virtute verbi veluti exhaustis a nimis cadauera deciderunt: non secus q̄ turgida vento carbasa/ subito deficiente malo cōplicata cadunt. seu quemadmodū potenti pulse notho celse ruunt pinus. aut herbe virides mox falce secāte decidunt glomerate. Cadere autem omnem humane vim potentie deo presente necesse est. siue speculatiōe ad eum accedat opprimitur maiestate. ꝓuer. xxv. quomodo discipuli in thaboreo monte gloriam speculantes domini suas in facies proni ceciderūt. math. xvij. siue iusticiam propriam diuino quis ostentet iudicio protinus conscientia reuerberatus opinione decidit. quoniā nec celi mundi sunt in conspectu eius. Job.iiij. nec iustificabitur in conspectu eius om̄is viuens. ps̄.cxlij. siue humanā velit opponere potentiā diuine virtuti nequaq̄ subsistere potest. quoniā resistere illi om̄ino impossi

bile eſt. Job.ix. Cui⁹ rei exemplū pharaonis ruina demonſtrat. Exo. xiiij. Siquidē flante in aduerſum deo: non vlla perſiſtere poteſt humana virtus. quoniā etiam montes/ ideſt potentiſſimos huius ſeculi (tranſfert in furore ſuo. Job.ix) Sedes eñ ducū ſuperborum deſtruxit deus. eccli.x. Siue auferente deo ſpiritū deficit homo in cōſpectu eius. pſ. ciij. auferes ſpiritū eorum & deficient. & in puluerem ſuū reuertentur. Omnibus itaq; modis coram deo adductus cadit homo. Cum autem proſtrati iacerent in terram miniſtri diaboli iterum interrogauit eos ieſus. Quem queritis? At illi dixerūt Jeſum nazarenum. Dixit eis ieſus. di xi vobis quia ego ſum. Vbi poteſt queri quare dom⁹ repetierit hoc verbū quem queritis? cum iam dixiſſent prima vice ieſum nazarenū. Dicendū q; aliter forſitan ſurgere non potuiſſent. Reſtituit eñ eis vires dicendo quem queritis ſcō. quas abſtulerat primo quoniā primo diuinā patefecit poteſtatem. ſecūdo autē humanaz obtulit infirmitatem. Quem queritis inquit. quaſi. d. non eſt veſtrū me capere niſi voluero. Quem igitur putatis eſſe ieſum nazarenū? non eſtimetis eū quaſi hominē infirmū qui ſe tueri non poſſit ſed cognoſcite deū qui vos occidere et ad tartara demittere poſſit. tamen quia ego ſum pro populo deſtinatus ad moriendū. voluntarie me offero ad implens illud. eſa. liij. Oblatus eſt q; ipſe voluit. Si ergo me queritis ſinite hos abire. vt ipleret̄ ſermo quē dixit. q; quos dediſti michi: nō pdidi ex eis quēq;. Seipſum pius paſtor tradit in mortē vt oues liberet. Aduerte aūt tāte verbū dñi fuiſſe virtutis. vt nec vn⁹ quidē ex ſuis diſcipulis malū ſit paſſ⁹ immo & ipe petr⁹ furēs gladio cū quē pia pcuſſiſſet illeſus iter armatos (xpi gra) manſit. Dicit̄ eñ cōſequēter q; ſimō petr⁹ hns gladiū: eduxit eū & pcuſſit pōtificis ſeruū. & abſcidit auriculā eius dextram. erat autem nomē ſeruo malcus. habuit ergo petrus gladium non quidē ad panis vſum: ſed ad corꝑis munimentū/ hic videmus petri audaciam qui non timuit numeroſam armatorū cohortē. licet ſolus forſitan conſereret manus ad chriſti tutelam. Duos tamen gladios habuiſſe dicuntur. Ex hoc facto petri colligimus debitam eſſe ſocioꝝ defēſionem. ideo dicitur. pſ. lxxxj. Eripite egenum de manu peccatoris. & puer. xxiiij. Erue eos qui ducuntur ad mortē. Eſa. j. ſubuenite oppreſſo. Hiere. xxij. Liberate vi oppreſſum de manu calūniatoris. eccli. iiij. Libera eū qui iniuriā patit̄ de manu ſuperbi. vnde ambro. in. c. nō in inferenda. xxiij. q. iij. dicit̄q; ille qui non repellit iniuriā a ſocio ſi poteſt/ tā eſt in vicio q̄ ille qui facit/ & adducit exēplū de moyſe/ q̄ defēdēdo hebreū occidit egiptū. exo. ij. Et ſi ſociū defēdere tenemur/ multomagis dñm. ideo dicit̄. ff. de re mili. l. oñe delictū. §. fi. q̄ prepoſitū ſuū nō pterit cū potuit: par habet̄ factori. & C. de hijs q̄bus vt indi. here. aufer. l. fi. dr̄ q; ſeruī q̄ potuerunt audire clamorē nec tulerūt auxiliū dño ſuo capite plecti debēt. ideo dicit aug. xxiij. q. iij. c. fi. q; illi q̄ fuerunt culpabiles q̄ prmiſerūt xpm a principibus interfici. & ibidē. c. ab impatorib⁹ dicit̄ q; iniuria ſocioꝝ eſt armis ppulſanda. Sed ꝓtrariū videt̄. per hoc qđ ſequit̄ i euāgelio ioh. q; dixit ieſus petro. mitte gladiū tuū in vaginā. calicē quē dedit mihi pater nō vis vt bibā illū? Bathe⁹ addit. Oēs q̄ acceperint gladiū: gladio pibūt. an putas q; non poſſum rogare patrē meū & exhibebit mihi mō pluſq; decē legiōes angeloꝝ. quō ergo iplebunt̄ ſcripture? Ad hoc reſpondent aliqui q; petrus rephendit̄ur/ quia ſine auctoritate gladium accepit. xxiij. q. iiij. ille gladium. Sed hoc non valet. quia defenſio domini vel ſocij habet auctoritatem a lege. vt ſupradictum eſt. Alij dicunt reprehēſum petrum in perſonam eccleſiaſticorum/ quibus non licet vti gladio temporali. q; vt dicit aug. xxiij. q. ij. inter hec eccleſia nō habet gladiū niſi ſpū-

lem. Sed hoc nō sufficit qz tunc petr⁹ nondū gerebat eccl'ie tipū. Ideo mea opinio ē/ q xp̄s reph̄ēdit petrū qz iā ei reuelauerat xp̄s q sic oportebat eum pati ex diuina ordinatione/ cui nō est cōtraueniendū. Ideo dissuadenti sibi petro passionē. dixit vade retro sathana. Nō em̄ sapis q̄ dei sunt. math. xvj. Merito igit̄ nūc reprehēdit percutiē tem qui tūc increpauit cū iniuria dissuadentē. Et hec solutio patz per ea q̄ dixit petro. Calicē quē dedit mihi pater nō vis vt bibā illū? ꝛc. quasi. d. obtēperare patri necesse est. Et ad hoc subiunxit/ q oīes qui acceperint gladium: gladio peribūt. i. quicūqz cōtra dei voluntatē ꝛ ordinationem iusticie gladio vtunt̄/ morte gladij digni sunt. Et ad ostendendū q nō indigebat auxilio hūano ad sui defensionē dixit in promptu sibi esse auxiliū angelorum/ qui nō tardarēt eū tueri si a dño mitterentur. potuit autē vnus solus angelus occidere. clxxxv. milia assiriorum esa. xxxvij. ergo mlto magis. xij. legiones angelorū potuissent xp̄m tueri ab vnius misere cohortis impetu. Ideo cōcludit quia sic oportet fieri. Lucas dicit. q cū tetigisset auriculaz illius malci/ sanauit eū reddēs bonū p malo. ꝛ potestatē suā ostendēs nō esse alligatam. Mirū tamē est viso miraculo nō conuersos astantes. ꝛ eū presertim cui fuerat beneficiū impēsum. Increpauit autē dñs principes sacerdotū ꝛ ingrātus tēpli ꝛ seniores p̄m Matheū ꝛ Lucā. q tanq̄ ad latrones venissent ad eū cū fustib⁹ ꝛ armis: nec tenuissēt eum docentē in tēplo. Ostendens q nō debet cū scādalo fieri quod potest quiete fieri. Sed neq̄ prudētis est tumultuose quod potest sine rumore peragere. Sed videt̄ xp̄i dictū irrationabile eo q se teneri in tēplo cū sepe que fierint eū apprehēdere non sit passus sed vel prohibuit/ quia nondum venerat hora eius vt dicit̄. ioh. vij. vel exiuit de manibus eorum. ioh. x. circa fi. Aliquādo abscōdit se ꝛ exiuit de templo. ioh. viij. in fi. Nō videtur igit̄ male fecisse iudei venientes ad eū cū manu forti ne fortassis euaderet. vel populi fauore. vel sua virtute. Dicēdum q non opus erat iudeos ad xp̄m cū armis venire: qz q̄diu nō fuit hora eius neq̄ cū armis potuissēt eū habere. Cū vo aduenit hora ei⁹: absq̄ armis se capi p̄misisset. Ideo sm lucā subdit. Sz hec est hora vra: ꝛ potestas tenebraꝝ. idest qua vobis p̄missum est seuire i iustum. Sic etiam nūc impij habere videntur horā suā: quia in mundo sola viget potestas tenebraꝝ. quia soli maligni possident potētatus. iuxta illud. ps̄. lxxij. Ecce ipsi peccatores ꝛ abundantes in seculo obtinuerūt diuitias. Et aba. j. dicit q impius p̄ualet aduersus iustum. ꝛ mala. iij. beatificant̄ arrogantes. Et iob. ix. terra dicit̄ esse data in manus impij. Ideo dicit boe. q̄tas rerū lubrica vices fortuna versat. premit insontes debita sceleri noxia pena. At peruersi residēt mozes solio. sanctaq̄ calcant. latet obscuris condita virtus. clara. tenebris. cōcor. Esa. lix. dicēs quersum est retrorsum iudiciū: ꝛ iusticia lōge stetit. quia corruit in platea veritas. ꝛ equitas nō potuit ingredi. Et facta est ꝟitas in obliuionē. ꝛ qui recessit a malo/ prede patuit. ergo hec est hora impiorū ꝛ potestas tenebrarū. diabolus em̄ has tenebras regit. ephe. v. Ideo dicitur p̄nceps mūdi hui⁹. ioh. xij. ¶ Sequitur math. xxvj. Tūc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Sicut prophetatum fuit. ps̄. lxxxvij. Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abhominatiōnē sibi. Et iob. vj. Ecce nō est auxiliū mihi ꝛ necessarij quoq̄ mei recesserūt a me. qui tollit ab amico suo misericordiā: timorē dñi derelinquit. quasi. d. contra legē dei facit qui amicū suū in necessitate derelinquit. Sequitur fratres mei p̄teriērūt me. sicut torrens qui raptim transit in cōuallibus. q. d. q̄diu fui in felicitate: secuti sunt me. In aduersitate vero dereliquerūt me Sequitur qui timent pruinam: irruet super eos nix. q. d. qui timent min⁹ ma

lum/incident in maius. Mā ꝛ apoſtoli qui fugerūt tēpoꝛe paſſionis xp̄i timentes malū quod nō imminebat eis tunc/ poſtea inciderunt in paſſiones martyꝛij. Jdē Job. xix. de fuga apoſtoloꝛū in perſona xp̄i dicit. Fratres meos longe fecit a me: ꝛ noti mei quaſi alieni receſſerunt a me: dereliq̄runt me propinqui mei: et qui me nouerāt obliti ſunt mei. Hic intellige q̄ tēpoꝛe felici multi reperiuntur amici. ſed cum foꝛtuna perit: nullus amic⁹ erit. Jdeo dicitur Eccli. vj. In tentatione poſſide amicū: et ne facile credas ei teipſum. Eſt enim amicus ꝑm tempus ſuū: et non permanebit in die tribulationis: eſt autem amicus ſocius menſe. Jdem. xxxvij. dicit. eſt amic⁹ ſolo nomine amicus. Sed vt dicit ꝑ uer. xvij. Omni tempoꝛe diligit q̄ amicus eſt: et frater in anguſtijs cōpꝛobatur. Nam ꝑm Philoſophū. ij. moꝛ. ca. xj. Amicitia conſiſtit in fide et conſtantia. Jdeo nō poteſt eſſe inter malos. Jdem. ix. ethi. c. iij. dicit q̄ fictus amicus eſt peioꝛ eo q̄ facit falſam monetā. Quia illa fictio eſt circa pꝛeſtabilius. Notandū etiā hic q̄ Thomas et alij diſcipuli q̄ dixerant. Eamus ꝛ moꝛiamur oēs cū eo. Joh. xj. Nūc fugerunt. Etiam petrus q̄ dicebat paulo ante ſe paratū ꝛ in moꝛtem ꝛ in carcerem ire/ ſed ꝓfecto multa dicimus in abſentia periculoꝛū: q̄ in pꝛeſentia negamus. Multi quidē in menſa deſpiciunt herculem: qui in bello poſiti fugiunt ganimedē. Nunc etiam qui Chriſtū tantū hominem conſiderant: fugiunt ab eo/ quia deſpect⁹ eſt crucifixus. Eſa. liij. Vidim⁹ eū deſpectū et nouiſſimū viroꝛū. vnde nec reputauimus eū. Jdeo dicit. pſ. xxx. Qui videbant me foꝛas. i. ꝑm exteꝛioꝛē apparentiam/ fugerunt a me: q̄ non eſt ſpecies ei neq̄ decoꝛ. Eſa. liij. Sic dr̄ q̄ ſillenius quidā ab extra totus erat hiſpidus: ab intra vero plenus lapidibus pꝛecioſis. Talis quoq̄ eſt bonus religioſus ꝛ religionis ſtatus. Mundus vero foꝛis nitet: ſed intus fetet.

¶ Marcus autē dicit q̄ adoleſcens quidam ſeq̄batur eū amictus ſindone ſuper nudo: et tenuerunt eū. at ille reiecta ſindone: nud⁹ pꝛofugit ab eis. Nōnulli dicūt hunc fuiſſe beatū Johannem: qđ nō eſt veriſimile: q̄ aliter deſcriberet q̄ ſub hoc vago termino: quidam. Itē quia Johānes ſecutus eſt dominū in domū pꝛincipis ſacerdotum: ſed non nudus. Pꝛeſumitur ingreſſus illuc nec tam cito reperiſſe tunicam atq̄ depoſuiſſe tūnoꝛē. quomodo enim veniret in domū qui fugerat extra oꝛtū? ſed quicūq̄ ſit iſte non curo: tamen pꝛopheticū illud Amos. ij. applicabimus ei. Robuſtus coꝛde inter foꝛtes nudus effugiet in illa die dicit dominus.

¶ Sequit ꝑm Johannē. Cohoꝛs ergo ꝛ tribunus: ꝛ miniſtri iudeoꝝ comprehenderunt Jeſum ꝛ ligauerūt eū. Marcus dicit. Et illi manus iniecerunt in Jeſum et tenuerunt eū. Sed modū quo eum tenuerūt. ponit Job. xxx. quaſi rupto muro et apta ianua irruerunt ſuper me/ pedes meos ſubuerterunt/ oppꝛeſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis. diſſipauerūt itinera mea: inſidiati ſunt mihi ꝛ ꝓualuerunt ꝛ non fuit q̄ ferret auxiliū. et pſ. xvj. Suſcepunt me ſicut leo parat⁹ ad pꝛedam. ꝛ ſicut catul⁹ leonis habitās in abdit⁊. i. cū impetu atq̄ furoꝛe multo pſ. lviij. ceperunt aīam meā: irruerūt in me foꝛtes ꝛc. Et ptꝛ ex textu q̄ ad capiendū xp̄m cōuenere cohoꝛs militū: tribun⁹ plebis: ꝛ miniſtri iudeoꝝ. Sic ꝙ violētas atq̄ īpias man⁹ iniecerūt in eū. Alius crines aureos/ ali⁹ barbā ꝓcioſam/ ali⁹ veſtis collitegimē ali⁹ piū guttur/ ali⁹ pect⁹ īpugnat sacrū. ꝛ ad terrā vſq̄ ꝓſternentes. hinc inde concutiūt: feroces in eū oculos infigētes. Job dicēte. xvj. hoſtis me⁹ terribilib⁹ oculis me intuit⁹ eſt/ ꝛ clamoꝛoſas cū boatu voces emittentes. iuꝛ illud Hiere. xij. Mā frēs tui ꝛ domus ꝑris tui etiā ipi pugnauerūt aduerſum te: ꝛ clamauerūt poſt te plena voce. ſequit. Dedi dilectā aīam meā

in man⁹ inimicorũ eius. Facta est mi
hi hereditas mea quasi leo in silua: de
dit ꝯ me vocẽ. Sic igit̃ furentes voce
minaci ꝯprehenderunt eũ: et ligaue-
runt. iux̃ illud Eze. iij. Data sunt sup
te vincula: ⁊ ligabũt te in eis. Potuit
igit̃ dicere dñs illd̃. ps̃. cxviij. Funes
pctõꝝ circũplexi sunt me. Cõsidera o
pctõr quẽ ꝓprie iniq̃tates alligarunt
et astrinxerũt pctõrũ funes. ꝓuer. v.
qm̃ pro te vinctus est dñs: vt disrum-
pat vincula tua. ps̃. cxv. vt cõterat̃ la
queus ⁊ libereris. ps̃. cxxiij. Cõspicia
mus aĩo pio delicatissimas ⁊ albẽtes
xp̃i man⁹ rudib⁹ astrictas funib⁹/ ita
vt sanguĩe turgeãt vbiq̃ ꝯpresso. Nec
solis iniecta puto manib⁹ vincula. sed
etiã candẽti collo circũdata: ⁊ renib⁹
balthei loco forsitã et pedib⁹ ĩplicita
atq̃ durissimis nodis alligata. Sic
trahũt agnũ sine murmure mansuetũ
ad victimã propantẽ. Hiere. xj. O q̃
salubri⁹ est trahi post xp̃m q̃ post me-
retricẽ/ quã sequit̃ miser lubric⁹ quasi
bos ꝑgẽs ad macellũ. ꝓuer. vij. O vti
nã trahas me post te dñe Jesu vt cur
ram in odorẽ vnguẽtoꝝ tuoꝝ. Can. j.
Sed dicis neminẽ ad te posse venire:
nisi pr̃ traxerit eũ. ioh. vj. Trahe nos
igit̃ in funiculis adam: in vinculis ca
ritatꝫ. Osee. xj. q̃ nobiliter igit̃ corda
cingit̃ frater minor xp̃m seq̃ parat⁹ q̃
cũq̃ ierit. Nã corda xp̃i cã est corde
minoris fr̃is. cui est ꝓpt̃ honorẽ xp̃i/
ꝓ zona funiculis. Esa. iij. et quidẽ fu
nes qñq̃ cadent in p̃claris dignitati-
bus. ps̃. xv. qñ hereditas preclara tri
buet̃ in celo. ¶ Dicit Joh. ꝙ seq̃bat̃
Jesũ simon petr⁹. Lucas dicit a lõge
Sic multi a lõge xp̃m sequunt̃: nõ ap
propinquãtes affectu dilectõis: neq̃
effectu virtutꝫ: nolẽtes cõicare passio
nib⁹ xp̃i. quib⁹ ex̃ne⁹ fit xp̃s. ps̃. lxviij
Extrane⁹ fact⁹ sũ fr̃ib⁹ meis: ⁊ ꝑegri
nus filijs matris mee. puto aũt in hoc
tractu ob fragosam terrã lapillis re-
fertã nudas xp̃i plãtas ob ĩportunos
tractus fudisse sanguinẽ et semitã re-
pleuisse cruore. Ita vt nunc vestigia
eius seq̃tur digne pes me⁹. Job. xxiij
sicut dr̃. j. pe. ij. Christ⁹ ꝓ nobis pass⁹
est vobis relinquẽs exemplũ vt sequa
mini vestigia eius. q̃ quidẽ si boni ca-
nes sumus/ quasi recentẽ leporis pres
suram reperiemus.

¶ Adduxerũt aũt eum ad annã pri-
mũ. Erat enĩ socer cayphe q̃ erat põ-
tifex anni illius. Johannes dicit ꝙ il
le discipulus q̃ erat cũ petro ⁊ presu-
mitur fuisse ipse/ introiuit cũ Jesu in
atriũ. eo ꝙ eẽt notus põtifici. Petr⁹
aũt stabat ad ostiũ foris. vbi ptz ꝙ no
ticia plurimũ iuuat in curia. qm̃ noti
recipiunt̃/ ignoti v̄o repellunt̃. Sed
vtinã q̃ noti sunt põtifici tales eẽnt q̃
lis fuit discipul⁹ iste/ q̃ exiuit ⁊ dixit
ostiarie/ ⁊ introduxit petrũ. Introdu
citur enĩ petrus. i. fides ꝑ Johãnẽ. i.
ꝑ intellectũ de ꝯsensu ostiarie. i. volũ-
tatis: q̃ põt intromittere vel repellere
Johãnis locũ tenent diuites/ q̃ ingre
diunt̃ quocũq̃ volũt. Petr⁹ v̄o tipũ
gerit pauperũ q̃ semꝑ stãt od ostiũ fo
ris: qꝛ vt dicit Oui. Ipse licet venias
musis comitat⁹ homeri. si nihil attule
ris: ibis homere foras. Joh. dixit aũt
petro ancilla ostiaria. Nunq̃d ⁊ tu ex
discipulis es hoĩs istius? dixit ille: nõ
sum. Hanc interrogationẽ videt̃ hic
dicere Johãnes eẽ factã ingrediẽte
petro ostiũ. Lucas v̄o dicit ꝙ accen-
so igne ĩ medio atrij. i. in medio curie
interioris/ ⁊ circũsedentib⁹ illis. erat
petrus in medio eoꝝ. quẽ cũ vidisset
ancilla q̃dam sedentẽ ad lumẽ ⁊ eum
fuisset ĩtuita. dixit. Et hic cũ illo erat
At ille negauit dicẽs. Mulier nõ no-
ui illũ. Matthe⁹ aũt ⁊ Marcus p̃mit
tunt oĩa facta in domo anne añ petri
negationẽ: ⁊ sic multe oriũtur q̃stiões
circa hoc vcz. Quõ possunt cõcorda
ri dicta euangelistarũ q̃ ad ꝑsonas in-
terrogãtes petrũ. Scd̃o quo ad loca
in quib⁹ negauit. Tertio q̃ ad numeꝝ
negationũ ⁊ gallicantuũ. De hoc Au
gust. de ꝯsensu euãgelistarũ dicit qd̃
potest. Sed reuera difficile est inue-
nire sufficientẽ ꝯcordiã: qꝛ Johãnes
expresse ponit negationẽ petri factã
ĩ domo anne. Alij v̄o ĩ domo cayphe/

¶ Sequitur ſm Lucā. Ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti (Dar) ⁊ obstupuerunt. vtinam timerent mulieres homines ad eas venientes in veste fulgenti vt corrūpant eas sed hoc mirum est q femine que cū naturaliter timide sint/ non timent spiritus nocturnos / quos etiam amplecti non formidant. Moraliter eū penitēs declinat pre confusione vultū in terra ⁊ se indignum reputat aspectu celi. timetq dei iudicium formidabile. Ecce angelus dicit nolite timere. quare? quia scio q iesum queritis. Si enim iesum queris q̄tūcunq sis peccator noli desperare quia misericordiā consequeris. Ideo dicitur querite dominū ⁊ confirmamini (scilicet per spem) querite faciem eius semper. Ps. ciiij.

¶ Sequit. Surrexit. nō est hic. Surrexit de littera ad sensum. de figura ad veritatem. Nō est hic scilicet in mosaica lege quia ad gratiā trāsijt. Sed ecce locus vbi posuerunt eū. quia in scripturis positus erat. Sed ite dicite discipulis eius ⁊ petro precedet vos in galileam: ibi eum videbitis sicut dixit vobis. Cum preceptum fuerit mulieribus ire ⁊ dicere mandatum libenter exequentur. quia hec duo officia libēter femine exercent. videlicet ire ⁊ loqui. Additur autē q dicant petro ad consolationem eius ne desperaret qui christum negauerat. Non est enim lignū fumigans extinguendū. Esa. xlij.

¶ Sequit. At ille exeuntes fugerunt de monumento: inuaserat enim eas timor. Matthe⁹ dicit q exierunt cū timore ⁊ gaudio. timebant propter rei nouitatem: ⁊ gaudebant propter vtilitatem ⁊ resurrectionis iocunditatem Sic penitens ⁊ timet iudiciū/ ⁊ gaudet sperans misericordiam. Custodes autem exterriti sunt ⁊ facti sunt velut mortui q̄ qui custodiunt animā (Ps. lxx.) in peccatis/ fugiunt aduenientē gratia. Cui concor. ps. lxvij. exurgat deus vsq ad illum qui educit vinctos in fortitudine. similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris.

¶ Sequitur ſm Matheū. q cum mulieres currerent nunciare discipulis eius. Ecce iesus occurrit illis dicens. Auete. ille autē accesserunt/ ⁊ tenuerunt pedes eius. sic anima que quesiuit dominū ⁊ inuenit/ dicit/ tenui illū ⁊ nō dimittā. Can. iij. dicens Ne discesseris a me. Ps. xxxvij.

¶ Sequitur. ⁊ adorauerūt eum. Replicauit autē eis dñs q irent nunciare discipulis eius/ q irent in galileam ibi eū viderent. Que cū abyssent (ſm Lucam) nunciauerūt hec oīa vndecim discipulis ⁊ ceteris omnibus. Johannes autē refert q magdalena dixit. tulerunt dominū meū ⁊ nescio vbi posuerunt eū. sed hoc non videtur cōueniens q postq̄ audiuit verbū angelorum ⁊ verbū christi q dixerit se nescire vbi fuerit posit⁹ qui ei apparuerat resuscitatus Hic dicendum est. q ante iam magdalena semel fuerat ad monumentū. ⁊ nunciauerat dñm sublatum a monumento. Apparuit autē ei christus. secunda vice.

¶ Sed iterum oritur questio. quomõ ergo dicatur dominꝰ primo apparuisse marie magdalene cum etiam alijs simul apparuerit.

¶ Dicendũ q̃ prius apparuerat ei in horto ſm Johãnẽ. Et sic oportet necessario dicere q̃ magdalena bis discipulis nunciauit. primo sola nunciauit petro ⁊ iohanni anteq̃ vidisset dominũ. Et ideo dixit tulerũt dominũ meũ et nescio vbi posuerunt eũ. Secundo vero dicit se vidisse dominũ ⁊ hec dixit michi. et tunc alie mulieres erant cum ea. In ordine igitur resurrectionis primo ponẽdꝰ est ille accessus marie magdalene ad monumentum siue alie mulieres cũ ea dicãtur fuisse siue non/ demũ accessus petri ⁊ iohannis. De quo dicit. Joh. xx. Exijt ergo petrus ⁊ alius discipulus ⁊ venerunt ad monumentum. Currebant autẽ duo simul ⁊ iohannes precucurrit citius petro. q̃ iunior ⁊ agilior/ ⁊ prospiciẽs in monumentũ vidit lintheamina: non tamen introiuit. Sic nõnulli festinãt qui in principio sed in fine tepescunt: nec ingrediuntur potentias dñi. ℔s. lxx. sic dicit. ℔rouer. xx. q̃ hereditas ad quã festinatur in principio in fine benedictione carebit. de pe. di. ij. sunt multi qui bene incipiunt. ⁊ vitam male finiunt. Igitur dicit q̃ in principio cliui noster anhelat equus. Mij vidẽt quidẽ lintheamina scripturarũ/ ⁊ cerimonias religionis. Ipsum autẽ christum non inueniũt. Venit ergo simon petrus sequẽs eũ qui suo graui ⁊ maturo incedebat passu. ℔reueniebat iohannes in celeritate. ℔petrus vero in maturitate. ℔s. cxviij. preueni in maturitate ⁊ clamaui. venit quidem tardius: sed quando venit oĩa perfecit. quia intrauit in monumentũ. non contentus ad extra videre. Voluit introire ⁊ propius oĩa perscrutari.

¶ Ergũ esopus dicit studiosa sollicitudine ceruũ feno tectũ coram bobus reperisse. quẽ seruus a longe boũ curam agens non inuenit. ℔precepisse refert argũ centocularem seruo visitare an boues pabulo indigerent. Veniẽs seruus vidit altũ feni cumulũ in presepio retulisseq̃ domino nil deesse bobus. nil fidens verbis serui dominus venisse/ ⁊ nec aspectu contentũ accessisse manuq̃ fenũ tetigisse vbi longis cornibus occultatũ precessit ingentẽ ceruum qui venatores fugiens illic se reddiderat abditum. quem sibi asciuit adeptum cura solers. Sic petrus introiuit in monumentũ ⁊ vidit lintheamina posita ⁊ sudariũ quod fuerat super caput iesu/ non cũ lintheaminib⁹. sed separatũ inuolutũ in vnam partẽ. Sic separatas esse contẽplationes diuinitatis ⁊ humanitatis domini iesu licet in vnũ coeant ad velamentũ persone christi: in qua hee due nature simul conueniunt.

¶ ℔post petrũ introiuit iohãnes. Ecce quia primus efficitur nouissimus: ⁊ nouissimus primꝰ. Non igitur est satis citius ad religionẽ cucurrisse. ⁊ cerimonias ab extra cõsiderasse. nisi monumentũ quoq̃ perfecte mortificationis ingrediamur. quia alias non videmur sufficienter negociũ adimplesse. sicut. ff. si quis ius dicenti non obtẽperauerit. l. vnica dicitur q̃ ille non videtur obtẽperasse ius dicenti. qui non fecit illud quod est extremum in iurisdictione. extremũ autem iurisdictionis domini super nos est abnegatio ꝓprie voluntatis / ⁊ hoc est quod desiderat a nobis habere. quod nisi faciamꝰ: nõ satisfacimꝰ religioni. nec deo/ quia dicitur. ff. qui satisdare cogantur. l. j. q̃ satisfacere dicimur: ei cuius desiderium implemus.

¶ Et nota q̃ non potest dici preoccupasse qui non prius obtinuit. ff. de noxalibus actio. l. si quis a multis. vbi dicitur. q̃ melior est conditio preoccupantis in pari causa. ⁊ prius occupasse dicitur: non qui prius egit: sed qui prius obtinuit. Sed mirũ videtur qđ subdit iohannes dicens nõdum enim sciebant scripturas / quia oportuit eũ a mortuis resurgere. cũ tamen dominus ante predixerit eis dicendũ q̃ nõ

intelligebant quia credebāt. Ideo dicitur. Lu. xviij. quando dixit eis hoc mysteriū q erat hoc verbū absconditū ab eis z non intelligebāt que dicebāt.

¶ Sequitur iohannes. Abierūt ergo discipuli ad semetipsos/ idest reuocantes ad memoriā dicta christi: sic preuaricatores debēt redire ad cor. esa. xlvj vel abierūt ad semetipsos. i. ad congregationem socioꝝ. vel ad locū suū.

¶ Maria autē stabat ad monumētū foris/ idest extra locum sepulchri plorans. ploꝛabat quidē tū dolore deperditi amici: tū desiderio z langore perditum inueniendi. In qua re ostendit mirū se ad christū gerere amoꝛē. Solent eñ hui⁹ tēporis femine homines quos dilexerūt viuentes: mortuos facile obliuiſci nouiſq; amoꝛibus irretiri. iuxta illud. Oui. Vanescit absens. et nouus intrat amoꝛ. Dū ergo fleret inclinauit se z pspexit in monumentū ꝓspiciebat languēs eū existimans oculis presentē coꝛporis: quē iugiter cernebat coꝛā oculis coꝛdis. Languebat donec videret in coꝛpoꝛe: quē semper presentē habebat in mente. estuabat amplecti bꝛachijs quem sentiebat impꝛessum in intimis coꝛdis. dolebat nō intueri foris. quem se impellentem agnoscebat intus. plena eo erat ab intra: quē satagens querebat ad extra. distenta maxīo desiderio viscera quasi parturiētis dolorē adduxerant. coangustatus doloꝛe spirit⁹. ad omnē dilecti questū mouebat coꝛpus. Inflammatus amoꝛe aīm⁹ exurentes per medullas emittebat flammas. quib⁹ torquebatur nec consumebaꝫ ipsum coꝛ ignitū z ignis. Sic ploꝛās peccata respicit in monumentū coꝛdis/ vbi christū nō esse tristatur. Vidit autē duos angelos in albis sedētes. vnum ad caput. z vnū ad pedes vbi positū fuerat coꝛp⁹ iesu. qui dicunt ei. Mulier quid ploꝛas? Angel⁹ ad caput est illuminatio rationis per fidē z verā agnitionē. Angel⁹ ad pedes/ est gratia dirigens penitentem in viam iusticie.

¶ Sed libet ꝓ magdalena hijs angelis ploꝛatū increpantib⁹ rñdere. Ach cur dolentē nimiū increpatis dicētes quid ploꝛas? En vidi dñm meū in crucem mori. z causam mei flet⁹ exquiritis dicētes q̄d ploꝛas? In hoc tumulo sepeliri vidi eū q̄ michi peccata cūcta donauit. Et interrogatis dicētes. quid ploꝛas? an nū michi causa fletus est moꝛs vnici dñi z amici mei? An nō michi sufficiens ratio est lachrimarū. amissio illius q̄ me indignam tāto dilexit affectu. vt inter oīes post matrē ꝓpꝛiā/ cui nulla est femina cōparanda in suā elegerit singularē amicam? Coꝛ meū atq; animā spem omnē delicias q; lumē oculoꝝ meoꝝ um amisi z interrogatis. d. quid ploꝛas? Amoꝛe in eū qui hic extitit tumulat⁹ oīno trās lata sum. z arguitis. d. quid ploꝛas? pulcherrimū atq; sapiētissimū hoīm: z quidē meū solū inter homines dñm z amicū perdidi. z interrogatis dicentes. quid ploꝛas? Eū quē sol obscuratione/ terra vero motu. z petre scissura tristificā patiētē i cruce moꝛtē deploꝛarunt: ego quoq; deploꝛo. z interrogatis dicentes. quid ploꝛas? quē queris? En factoꝛē celi z terre saluatoꝛem nobilissimū dei filium/ cui nullus vnq; in terris similis visus est/ quero z interrogatis dicentes quem queris? Eum quero cuius questus vita est inuenientibus et salus habētibus eū z dicitis quē queris? Eum quero de quo dicitur querite dñm z viuet aīa vestra. pš. lxviij. z persuadet alibi dicēs. pš. ciiij. q̄rite dñm z ꝓfirmamini. q̄rite faciē ei⁹ semper. z michi dicitis: quē queris? Eum quero qui est peccatoꝝ venia. periclitantiū salus. z penitētiū atq; glꝛia beatoꝝ. z dicitis quem queris? ꝓploꝛo igitur quia tulerunt dominum meū z nescio vbi posuerunt eū. quasi diceret Si michi locus notus esset/ illuc me rapido cursu cōferrē. vnguenta coꝛpi (licet moꝛtuo) darem officiū implerē fidelis amici. satiarer lachrimis irrorātib⁹ amici coꝛp⁹. hec cū dixisset conuersa est retroꝛsū. ꝓputabat ei retro se

fortasse visurā quē non videbat ab ante: alicubi se cōfidebat repturā quem tanto q̄rebat ardore. Impatiēs amor vrgebat sine modo rotatum corporis hinc inde vertens vbiq; respectum. Et vidit iesum stantem / et nesciebat quia iesus est. Sic conuersus perfecta conuersione christum videre meretur / licet ignoret eum esse propinquum. Dicit ei Jhesus. Mulier quid ploras? quem queris? O pie iesu quid bone petis q̄ melius ipse nosti? Scis enim q̄ te querit magdalena plorans desiderio flagrans non alium q̄ te videndi / cui lumina vertis. ⁊ torques animū ⁊ intus incendia prestas. Illa existimans quia ortolanus esset. dixit ei. dñe: si tu substulisti eū dicito mihi vbi eum posuisti: ⁊ ego eum tollam. Ortolani figuram assumpserat: qui ortū sui spiritus habitabat. Ortolanus quippe fuit qui resecatis peccatorū vepribus plantaria virtutū in illius anima seminauit. Ortus enī irriguus anima dicitur esse iustorum. Esa. lviij. Et vtinam sit aīa nr̄a ortus conclusus. can. iiij. ne illuc bestie vastātes pia semina ruant. ¶ Notandū est autē esse in potestate corporis glorioſi se quo voluerit modo demonstrare. Nō est autem sicut obiectum naturale quod semper se habet eodem modo representare. Quando igitur voluit dñs se peregrinum ostendit. nunc ortolanū. alias inquacūq; voluit effigie ad litus maris ⁊ in medio discipulorū apparuit. Consideranda est hic adulatio magdalene que ortolanū vocabat dñm. dñe (inq̄t) si substulisti eum. dicito mihi. presupponebat amoris translata vi. omnes id cogitare quod ipsa mēte tractabat. Omnes sui cōscios desiderij putabat quos circumquaq; videbat. Non ea fuit patientia respondendi ad quesita ortolano que prius angelis / quib⁹ rationē sui fletꝰ expressit. Crescebat enī more torrētis desideriū eiꝰ / appropinquāte xpō Siquidē ois pfectus amās desiderio dilecti nūq; lassat / quī potiꝰ augeꝫ copia mora. Nō venit a viuido fonte rivulꝰ q̄ fluēdo vanescit. Sic q̄ desiderando pdit amorē / nūq; bñ dilexit perhenni scaturigine tractus nūq; deficit amor. ⁊ vbi patiꝫ maiora pericula crescit. Dixit igitur. si tu substulisti eū dicito mihi ⁊ ego eū tollā. nō habito respectu corporis mortui q̄ mihi non horrorem incutiet non habito respectu grauitatis corporis grandis et ponderosi / quia me nō impediet. Suggerit eum amor impossibilia sepe. ego inquit eum tollā: licet femina sim : virilem tamen animum gero: ⁊ corporis imbecillitatem ad spiritus extēdo virtutem. Non vires: sed animum penso. quia vis amoris non animū viribꝰ sed vires animo metiꝫ: ergo ego eum tollā non presidis attendens imperiū: non militū trucia tela formidans. non iudeorum insidias expaueſcens. Nil igitur moreris michi dicere locū vbi eū posuisti / quia nihil me detinebit quin eum tollam. tollam sola humeris femineis / quē totus non sustinet orbis. Cuius affectum agnoscens dominus / et animi non ferēs angustias fidelis amice eam proprio vocauit nomine dicēs Maria. quasi. d. ecce tibi assumpresēs corpore / qui te coarto tantum in mente. Maria amica mea: videre iam tibi licet quem queris amicum. Conuersa (scilicet in gaudium) illa dixit ei. Rabboni / idest magister. O q̄to pfusa gaudio hoc protulit verbum. Tunc dicere poterat. Cōuertisti planctum meū in gaudium michi. pſ. xxix. Et tunc verificatum est in proprio sensu / quod ibidem dicitur. Ad vesperum demorabitur fletus ⁊ ad matutinum leticia Quia vespere tota fuit christi curia dolere fletuq; confecta. Mane vero resurrectionis adimpleuit dominus cunctos leticia cum vultu suo. pſ. xv. Existimo autem q̄ tēsis brachijs cucurrit ad christi pedes cōplectendos iamq; prope pedes extenderat ora lachrimis pfusa iocūdis: vt oscula cara daret. cū subito dñs apposita in frōtē manie manu eā repulit dicēs. noli me tangere. vidi caput magdalene nuda

tũ cute per girum/ sola in fronte digitorũ duorũ xp̃i mẽsura relicta. vbi eã dicit̃ tetigisse. O q̃ꝫ repressa fuit magdalene letitia cũ se repelli sensit ne tangeret eũ/ quẽ toto ꝯplectebat̃ affectu in quẽ toto transierat aĩo. Ah dñe cur afflictã tuo desiderio pellis. cur nõ pateris te xp̃e tangi ab ea q̃ tuo pene ꝑijt amore? noli me tãgere dicis ei in cui⁹ corde tot⁹ absorpt⁹ es: tu eã plene possides atqꝫ tenes: ⁊ illi dic; noli me tãgere? tu cor eius cõprimis. ⁊ viscera palpas: ⁊ ei dicis noli me tãgere? vide flẽtẽ pio respectu lachrimosos oculos in christũ explicãtẽ: ⁊ cũ verecũdia se cedentẽ q̃ intrinseco dicebat hyatu/ cur me depellis o inclite xp̃e? nũq̃d mea times attrectatione fedari q̃ iã sine vllo carnis inficiamĩe viuis? nõ poteris infici mortaliũ tactu: ĩmortalis effectus Nũ te muliebria possunt ꝑicula veluti ceteros cape viros? Nõ hec q̃ dicis (xp̃s ait) te dulcis amica repellũt. sed maxĩa virtus. dignitasqꝫ mea. ⁊ imperfecta debilisqꝫ tanto indigna munere fides qua me solũ putas esse hoĩem nõ deum quoqꝫ verũ attendis. Igitur nõdum tuo, in corde ad patrem ascendi: quia nondum equalem me patri credis. Sed vade dicqꝫ fratribus meis ꝙ ascẽdo ad patrem meum ⁊ patrem vestrum. deum meũ ⁊ deum vestrum. nunc ascendo per fidem vestram vbi prius eram per substantiam meã. nũc incipietis me nosse deuꝫ qui prius me hominem tantummodo credidistis. Tunc accedit homo ad cor altum et exaltatur deus. ps̃. lxiij. Hac visione habita magdalena redijt ad alias marias/ que forsitan ea relicta procedebant in via/ quas cum attigisset/ subito iesus occurrit omnibus dicẽs. Auete (s̃m Mattheum) Tunc ille accesserunt ⁊ tenueruut pedes eius ⁊ adorauerunt eum. Et nos hoc sacratissimo die huiusmodi contemplantes/ adoremus eum in sinceritate et veritate: et ita prosternetur odiũ hostile: de quo premisi in hac cõgregatione multi bellantes aduersum me.

¶ Quo ad scd̃am partẽ que ẽ de belli triũphatione. Notandũ ꝙ triũphator noster hodie iesus xp̃s habuit ⁊ fecit victoriã maximã. videlicet quia vicit mundum.

Vicit mortem.

Vicit ⁊ diabolũ.

¶ Primo mũdũ. Joh. xvj. in fi. confidite ego vici mundũ.

Vicit autẽ mundũ eum persequentẽ ex malicia.

Impugnantem ex nequicia.

Et occidentem ex seuicia.

Maliciã mũdi vidit sapiẽtia. sap. vij.

Nequiciam beniuolentia. quia dilexit inimicos.

Nã pro inimicis exorauit. Esa. liij.

Seuitiã vicit patientia. qꝛ cũ maledi ceretur non cõminabat̃. ⁊c̃. j. pe. ij. Cognoscam⁹ ergo ⁊ nos mũdũ plenũ malicia. ⁊ eũ sapiẽter fugiam⁹. Cognoscamus eũ plenũ nequicia/ ⁊ eũ ex caritate letãter tollerem⁹/ idest hoĩes malos nos ꝑsequẽtes. Cognoscam⁹ eũ plenũ seuicia/ ⁊ eum patienter cõuincamus Scd̃o vicit mortẽ. Osee. xiij. O mors ero mors tua. Vicit em̃ mortẽ culpe in passione infundẽs vitã gr̃e. Ro. vj. Vetus hõ crucifix⁹ est. ⁊c̃. Vicit mortem nature in resurrectione/ dans nobis vitã mĩe. qꝛ per dei mĩam iusti resurgent ad vitã. Dañ. xij. Vicit mortẽ gehenne/ dans nobis vitã glorie/ scilicet btĩtudinis in paradiso. ps̃. lxxxiij. gratiam ⁊ gloriã dabit dñs.

¶ Sed hic querit̃. Cur non liberauit nos xp̃s a morte presẽti corꝑis. ¶ Respondet̃ breuiter ꝓut dicit beatus bonauẽtura. in. ij. di. xxxiij. in dubijs litteralibus. Qꝛ nulla vnq̃ꝫ iusticia absoluit hoĩem a debito mortis corꝑis. pro eo ꝙ oĩs iusticia q̃ in nobis est respicit volũtatẽ ⁊ est ꝑsonalis. mors vero est pena naturalis ⁊ ita per nullã iusticiã dign⁹ est hõ a morte absolui: nec deus sua benignitate aliquẽ a morte liberauit. Tũc ꝓpter illi⁹ sentẽtie firmitatẽ qꝛ dictũ est. Ge. iij. puluis es ⁊ in puluerẽ reuer. ⁊c̃. tum etiã vt fides locũ habere possit. Tertio vicit diabolũ in

prelio tẽptationis. q̃ primũ hoiem vicerat in mendacio psuasionis. Be.iij. Vicit xps in deserto tẽptãtẽ diabolũ/ qui pthoplaustũ in padiso vicerat de cipiẽdo. Vicit in cãpo ⁊ fugauit e regno pugnãtẽ ⁊ dominãtẽ. i. ex hoc mũdo in quo pnceps erat. Joh. xuij. nũc princeps huiꝰ mũdi eijciet foras. nã nomẽ idolorũ deleuit ineternũ ⁊ in seculũ seculi. ps. ix. esa. xij. Spoliauitq; eũ i domo. i. in inferno. dũ aĩmas sctõrũ patrũ extraxit dicens hijs q̃ vincti erant: exite ⁊ hijs q̃ in tenebris: reuelamini. Esa. xlix. In figura spoliant egiptij. ditãtur hebrei. Exo. xuij. Sãson portas gazareorũ asportat. Judi. xvj. Joseph de carcere extrahitur. Geñ. xxxviij. Job in pristinã sanitatẽ restituit. Thobias illũinat. ⁊ multa alia q̃ in figurã cõtingebant iudeis: cõsũmãtur. Cũ ergo dñs iesus introisset inferiores partes terre. Eccli. xxuij. vt inspiceret oñes dormiẽtes ⁊ illũinaret sperantes in dño. venit ad portas ferreas. p cussitq; dicẽs. Attollite portas ⁊c. ps. xxiij. Tũc audientes demones vocẽ dñi. tremẽtes fugiebãt huc atq; illuc. nec apire volebãt. Tũc dñs confregit portas. ⁊c. ps. cvj. Et tũc intrauit lux in loco tenebrarũ. quã nõ valẽtes demones sustinere fugerũt. Tunc dixit Job. post tenebras spaui lucẽ. et ecce venit. Job. xvij. Tũc dauid. Tu es dñe qui illũinas tenebras meas. ⁊c ps. xvij. Et micheas. vij. Cũ sedero in tenebris: dñs lux mea est. Esa. ix. Sedentib⁹ in regione vmbre mortis/ lux orta est eis. Tũc cõsolatus est dñs populũ suũ. esa. xl. Et sic cũ laudib⁹ oẽs extraxit. cãtãte dauid. exaltabo te. ⁊c ps. xxix. et zacharia. Bñdict⁹ dñs. ⁊c Lu. j. ⁊ alijs oib⁹ dicẽtib⁹. In quertẽdo dñs captiuitatẽ. ⁊c. ps. cxxv. Agge⁹ dicebat. bñ venerit desiderat⁹ cũctis gentib⁹. Aggei. xx. zacharias dicebat. Tu quoq; / in sanguĩe testamẽti tui eduxisti victos tuos de lacu i quo non est aqua. zacha. ix. Nos vero mortales hic sine fine christũ redẽptorem nostrũ laudare debem⁹ dicentes, hec dies quam fecit dominus per quẽ ad gloriam intrabimus Amen.

¶ Feria secunda post pascha
In conuentu ꝑarisien.

EVanuit ex oculis eorum. Luce vl. Q̃m semp cũ gloriosa ꝑgine dñs est. dicẽte sibi angelo dñs tecũ. Lu. j. Satagam⁹ eã semp habere nobiscũ vt q̃ semp est secũ. ipa nobiscũ manẽte sit quoq; nobiscũ. nã q̃n aliqua insepabiliter sibi inuicẽ adherent vbicũq; fuerit vnũ illorũ: ⁊ aliud etiã erit. Jgr̃ diuinitas q̃ isepabiliter vniebat aĩe ⁊ carni xpi. semp fuit cũ aĩa et cũ carne. licz caro ⁊ aĩa separarent ab inuicẽ in triduo. Aue mnria.
Euanuit ab oculis eorum.

¶ In pñti sermone hñtur due partes vna de euãgelij expositiõe. alia de xpi euanitione. ¶ Circa primã dr̃ q; duo ex discipulis ibant in castellũ qđ est in spacio stadioꝝ sexagĩta ab hierl'm. nomine emaus loq̃ntes adinuicẽ de hijs q̃ acciderãt. Ambulãtes eñ vario sermone solank. Q̃n ꝑgilius loquẽs de rege euãdro q̃ eneã suscepat hospicio. et viã vario sermõe leuabat. sed nõ est de reb⁹ inhonestis loquẽdũ: sed de mãdatis dñi. puer. xxx. Jn oĩbus vijs tuis cogita illũ. ⁊ ipe diriget gressus tuos. tũc ambulabis fiducialiť in via tua ⁊ pes tuus nõ impinguet ne paueas repentino ꝓre. ⁊ irruẽtes tibi potẽtias impioꝝ. dñs eñ erit in latere tuo. ⁊ custodiet pedem tuũ ne capiaris. idẽ. vj. Cõserua fili mi ꝓcepta ꝑris tui. Cũ ambulauer; gradiant tecũ. cũ dormieris custodiant te. ⁊ euigilans loq̃re cũ eis. Et ibi notãdũ est q; debem⁹ societatẽ q̃rere bonoꝝ q̃ sunt iuxta cor'nr̃m eccli. xxxvij. Cũ viro sctõ assidu⁹ esto quẽcũq; cognoueris obseruantẽ timorẽ dei. cui⁹ aĩa ẽ ꝑm aĩam tuã. idẽ. viij Cũ audace nõ eas in viã ne forte grauet mala sua in te. Ipse eñ ꝑm volũtatẽ suã vadit ⁊ simul cũ stultitia ipsius paries. ⁊ vbi nõ est adiutoriũ elidet te idẽ. ix. Cũ sapientib⁹ ⁊ prudentib⁹ tracta. viri iusti sint tibi cõuiue. ⁊ in timo

re dei sit tibi gl̃iatio. ⁊ in sensu sit tibi cogitat⁹ dei. ⁊ oĩs enarratio tua ĩ preceptis altissimi. Habem⁹ igit̃ hic tria documẽta. videlicet ꝙ nõ est cũ audacib⁹ ⁊ malis atq; stultis ꝯuersandum ꝓpter periculũ vitandũ. Exẽplũ habetur. Geñ.iiij.de cayn q̃ occidit abel in agro. Scd̃m ꝙ est cũ bonis ⁊ timentib⁹ deũ cõmorandũ ꝓpter cõmodũ ⁊ honorẽ reportandũ. Tertio ꝙ est assidue in lege dñi ⁊ sctis reb⁹ colloquendũ. Ideo emaus dicit̃ desideriũ consilij. Sic q̃ ambulat cũ viro bono habebit desideriũ ꝯsilij. In emaus ergo vadimus ꝑm tẽporis mensurã. qd̃ distat sexaginta stadijs ab hierusalẽ. qꝛ vita nr̃a fere in.lx.annis cõsummat̃. si aũt in potẽtatib⁹.lxxx.anni ⁊ ampli⁹ eorũ labor ⁊ dolor.ps̃.lxxxix. Vadimus ergo ad mortẽ sicut aque q̃ dilabũtur ⁊ nõ reuertunt̃.ij.reg.xiiij. qꝛ hũani generis ꝯditio semꝑ in infinitũ decurrit. C.de ve.iu.enucle.l.ij. Sequit̃. Fctm̃ est dũ fabularent̃ (scilcꝫ de xp̃o ⁊ secũ quererẽt) scilicet admirãdo ⁊ disputãdo. Et ipse iesus appropinquans ibat cũ illis. qꝛ vbi sunt duo vl̃ tres in eius noĩe cõgregati ibi est in medio eorum. Math.xviij. O q̃ beati q̃ dñm vie sue comitẽ habere merent̃ vt sit dux itineris.ps̃.lxxiij. ⁊ ignote vie. Sap.xviij. Tũc si ambulẽ in medio vmbre mortis nõ timebo mala qm̃ tu mecum es.ps̃.xxij. Sequit̃. Oculi aũt eoꝝ tenebantur ne eũ cognoscerẽt: qꝛ q̃ dubitat de xp̃o nõ põt agnoscere. iuxta illud. Nisi crediderit: nõ ĩtelligetis. Esa.xxviij Sic oĩs dubi⁹ in fide infidelis ẽ extra de here. dubi⁹. Detinent̃ aũt oculi ne aliũ agnoscant/ aut qꝛ nõ aperiuntur/ aut qꝛ infirmi sunt/ aut qꝛ illudũtur ꝑ mediũ/ aut qꝛ alius trãsfiguratus est. Primo modo nõ cognoscũt obstinati dñm qꝛ nolũt ĩtelligere vt benefaciãt. ps̃.xxxv. Scd̃o mõ detinẽtur assueti pctis. q̃ ꝑm boetiũ nequeũt oculos tenebris assuetos ad lumẽ perspicue veritatis attollere. similes auib⁹ quarũ intuitũ nox illuminat: dies cecat. Nã ꝑm augustinũ. Egris ocl̃is odiosa est lux. que puris ẽ amabilis. Tertio modo non agnoscunt qui deludũtur offuscato aere. Sic qui presentia mundi oblectamenta patiuntur ante oculos illudũtur nec veritatẽ christi possunt intelligere. quia animalis hõ non percipit ea que sunt spiritus dei. j.coꝝ.ij. in fi. Sic auarus om̃ia quasi aurũ videt.xlvij.distin.sicut hij. Sic lubric⁹ turpia semper meditatur ⁊ superbus fastum. Iracũdus sanguinẽ. Inuid⁹ autẽ mala. Quarto modo non cognoscunt christũ / quib⁹ christus apparet trãsfiguratus / idest nõ eo mõ quo ipsi volunt semꝑ propiciũ habent. boni autem ⁊ fideles in om̃i veste christũ agnoscunt siue tribulationes ingerat siue consolationes. Sequit̃ quibus ille dixit. Qui sũt hij sermĩes quos cõfert̃ adinuicẽ ãbulãtes ⁊ estis tristes? Nã in sermonib⁹ impij interrogatio erit. ⁊ sermonũ illi⁹ traditio ad deũ vẽiet ad correptionẽ ĩiq̃tatũ illi⁹. Sap.j. Qui sũt igit̃ hij sermões quos inuicẽ cõferũt viri cũ mulierib⁹ in secreto? Certe de luxuria tractãt. Qui sũt sermones qui conferuntur in mẽsis dñorũ ⁊ prelatorum de luxuria. Et de fastu/ aut venatione. Sermones in palacio conferũtur de deceptione. ⁊ de litib⁹. In foro de mẽdacijs ⁊ lucro. In claustro de murmuratione ⁊ de p̃lato. Sꝫ iusti ⁊ deuoti cõferũt de deo/ ⁊ sunt tristes quidem pro peccatis et compassione passionis christi. sed iocundi cõfidentes de mĩa dei dicentes cum. Ps̃.xlj. quare tristis es aĩa mea: ⁊ quare conturbas me. spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vult⁹ mei ⁊ deus me⁹. Tristes enim ferimur ad mortem. nisi speraremus futurã resurrectionem/ qui tamẽ querunt dominũ flentes properant. Hiere.l. ambulantes ⁊ flentes properabunt. ⁊ dñm deũ suum querent. Et. ps̃. cxxv. Euntes ibant ⁊ flebant mittentes semina sua. Venientes autẽ venient cũ exultatione portantes manipulos suos. Cui cõcor. Hiere.xxxj. in fletu veniẽt scilicet deplorando peccata ⁊ gratiã postulã

tes/ ⁊ in mīa reducā eos. scilicet dando eis cōsolationem misericordie. Sequitur. tu solus peregrinus es in hierusalem/ ⁊ hec ignoras? Putabāt eñ hoc factū esse notū toti mundo. finxit autē dominus ignorare dicēs. Que? Ostendens ꝙ non debemus respondere anteq̄ plene intelligamus: quia qui respondet anteq̄ intelligat: stultum se esse demonstrat ⁊ confusione dignum Prouer. xviij. At illi dixerunt de iesu nazareno qui fuit vir propheta: potēs in opere ⁊ sermone. coram deo ⁊ omni populo. ⁊ quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes ⁊ principes nostri in dānationē mortis ⁊ crucifixerunt eum: nos autē sperabamus quia ipse esset redēpturus israel. ⁊ nunc super hec omnia hec est tertia dies ꝙ hec facta sunt. sed et mulieres quedam ex nostris terruerūt nos/ que ante lucem fuerunt ad monumentum: ⁊ non inuēto corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum ⁊ ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. ipsum vero non inuenerunt.

¶ In hac narratione comprehendūtur quattuor.

Primum christi virtuositas.
Sacerdotum malignitas.
Expectationis anxietas.
Mulierum prolata veritas.

Quo ad primum dicitur ꝙ iesus fuit vir propheta.

Ecce scientie magnitudo.
Potens in opere ⁊ sermone.
Ecce potentie fortitudo.
Coram deo ⁊ hominibus.
Ecce demonstrationis claritudo.

Sūt nōnulli q̄ scientiā quidē hñt. sed non potentiā sermonis neq̄ operis. ⁊ hec dicunt̄ bona abscōdita in ore clauso. Eccl̄i. xxx. qꝛ īutilis est sapiētia eorū. Hiere. xlix. Alij vero hñt scientiā ⁊ sermonē sed non opus: ⁊ hij sunt quasi manci sine manibus. Et hij non sunt potētes ope qꝛ nichil īueniūt diuitiaꝝ .i. bonoꝝ operū ī manib⁹ suis. ps̄. lxxv

Secūdo ponit̄ malignitas iudeorū q̄ tradiderūt iesum ꝓphetā potentē opere ⁊ sermōe in dānationē mortis ⁊ crucifixerūt eū quē debuissent honorare Tertio ponit̄ expectationis anxietas ideo dicit̄. Nos autē sperabam⁹ qꝛ ipse esset redēpturus israel. Ubi nota ꝙ spes que differt̄ affligit aīam. pro. xiij Qui eñ expectat/ tēpus cōputat. mēsura tēporis est mot⁹. ⁊ motus mensura tēporꝫ. Hūc igitur motū nō aduertit qui nō habet quod expectet in tēpore. qui autē expectat eo ꝙ rē desideratam differri doleat: oñes motus tēporis cōsiderat. ꝯsiderando autē affligitur donec rē optatā accipiat. Conqueruntur igit̄ dicentes ꝙ iā tertia dies est. ⁊ ꝙ hec oñia facta sunt. quasi. d. mirū est ꝙ non iā resurrexerit: qꝛ hoc dixit. scilicet se resurrecturū post tertiā diē. Quib⁹ ille īproperauit: dicēs O stulti ⁊ tardi corde ad credendū in oīb⁹ que locuti sunt ꝓphete. Stultos vocat/ quia nō intellexerūt scripturas quas tamen sepe illis aperuerat. ⁊ tardos corde dixit quia lenti erāt ad motū cordis excitandū. Dicit tñ Ouidi⁹ Tarda solet magnis reb⁹ inesse fides. Tūc interpretat⁹ est illis oēs scripturas ꝓphetarū que de ipso erant/ idest clarificauit aquā que prius tenebrosa erat in nubib⁹ aeris. ps̄. xvij. Nā princeps solus habet legū enigmata soluere. C. de legi. l. si imperialis. Et sic de diuinis reb⁹ fabulātes appropinquauerunt castello quo ibāt. Sic ⁊ nobis cantabiles esse debent iustificationes dñi in loco peregrinatiōis nostre. ps̄. cxviij. Appropinquam⁹ autē nos ad mortē dietim quia quotidie morimur ⁊ demitur aliqua pars vite nostre. ꝟm Sene. Iesus autē finxit se lōgius ire. idest vt doceret discipulos occasionē q̄ preberet inuitandi eū ad hospiciū. Fingūt autē viciose q̄ decipere non instruere querunt. vt hipocrite religiosi deceptores/ curiales/ ⁊ femīe que fingunt amorē vbi nō est: aut se pingunt vt pulchre videant̄ cū sint vetule turpes. testimoniū dicentib⁹ cōtra se ru-

gis. Job.xxx. Finxit etiã dauid se fatuũ corã rege geth.j.Reg.xx. Et hec est fictio cautele seu prudẽtie sicut dicit Catho. Q; stulticiã simulare loco sũma prudẽtia est. Uñ ⁊ lex qñq; fingit qd̃ nõ est veluti vxorẽ fuisse dñam a tpe collate donatiõis vt sit donatio valida: q̃ al'as ꝓhibitione legis nõ valeret. ff. de do. inter vi. ⁊ vxo. l. qd̃ vir. vbi vult lex ꝙ viri donatio in eã q̃ nõdum ẽ viri potẽs p̃cedentib⁹ nuptijs scz sit valida: ⁊ in hoc fingit eã viri potentẽ. De hoc loquit̃ glo. in. l. sub ꝯditione. ff. de solu. dicẽs: ꝙ sicut lex fingit aliq̃d impossibile sic ꝙ põt fingere ꝙ nullũ est aliq̃d: ⁊ hoc ĩ fauorẽ intellige/ nõ in odium: qꝛ odia restringẽda sunt: ⁊ fauores ampliãdi. de regu. iu. li. vj. odia. Sic igitur ad bonũ alicuius nõ est malũ fingere aliq̃d. Nam ⁊ mat̃ fingit qñq; velle abscedere a domo vt puer sequat̃/ ⁊ fingit pomum amarũ vt puer nõ comedat illud in dãnum suũ. Hec aũt fictio etiã inuenit̃ in brutis. vt in vulpe q̃ qñq; se fingit mortuã vt deserat̃ a canib⁹. ⁊ mirmicaleon se mortuũ fingit vt formicas deuoret. Cũ igit̃ insit talis fictio a natura nequaq̃ mala est/ si nõ vertatur in malum: ĩmo bona si vel ad malũ euitandũ: aut ad bonũ opandũ siue ꝓmouendũ extendat̃. Dauid igitur cum saulem fugeret ad achis regẽ Geth. incognitũ se ratus ꝑuenit. quẽ ꝓtin⁹ agnitũ serui deduxerũt ad regem. videns autẽ dauid periculo sue vite negociũ agi/ cepit simulare furorẽ: huc atq; illuc ostia palpans et parietibus collabentis more sese vulnerando detundens interrogantibus aliena ṽba reddebat. ludebat obridens madẽtes egerens per labra saliuas/ quẽ veluti fatuũ iussit rex protinus domo pelli. sic vitam Dauid fictione seruauit. et iiij. Reg. x. legitur ꝙ Jehu rex israel fingens velle cultũ baal ampliare iussit vniuersos baalim sacerdotes ꝯgregari in tẽplum baal: quos oẽs missis militibus interfecit: qd̃ quidẽ factũ dño placuit. studioseq; fecisse eũ laudauit dñs. ¶ Finxit igitur dñs se lõgius ire/ nihil mentiẽs: sed ad se detinendũ alliciẽs. Et ideo dr̃ ꝙ discipuli coegerũt eũ dicẽtes. Mane nobiscum dñe qm̃ aduesperascit: ⁊ inclinata est iam dies: vbi presumendũ est p̃us eũ sepius rogasse/ tandẽ precibus multiplicatis victus cũ eis intrauit ĩ hospiciũ. Ubi duo capimus documẽta spũalia ⁊ vnũ morale. Morale documentũ est ꝙ nõ est bonũ in tenebrosam se ponere noctẽ. qm̃ qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Joh. ix. Post solis occasum hoĩes hospicium capere debẽt: qm̃ illa quietis inducit̃ hora. Incidũt in manes nocturni viatores ab orcho forsitan surgentes: tenebrarum a p̃ncipe missos possideant vt equo iure tenebrose impia noctis: et asciscant ꝓprios veluti sine lumine seruos. quos carpserint medijs errantes ire tenebris: horrificos spũs sensere sepe nõnulli nocte iter agẽtes: horridosq; audire clamores. Et gemitus tonare graui per aera sono/ multe variarũ apparuere nocte figure specierũ pauende nimis terrifico visu. Hec asserunt qui nocte vias ꝑegere timendas. Nocte fere q̃runt demũ ꝑ gramina pecus. hinc reboant dense lupinis parcite silue/ raucis ꝑ vmbrosa missis vllulatib⁹ antra: et gen⁹ ferarum specubus egreditur atris. Latrones pariter ea tempestate miseros trucidãt peregrinos. huic foliorũ saltim resonantium subit metus. Prout Juuenalis ait. Nocte iter aggressus gladium contũq; timebis. Et nocte ad lunã trepidabis arũdinis vmbrã. Joh. xv. Sonitus terroris semꝑ in aurib⁹ illius. ⁊ cũ pax sit: semꝑ insidias suspicatur. Qui igit̃ in noctẽ iter arripiũt aut fatuos aut maleficos se oñdunt. qm̃ quidẽ adulteri et fures noctẽ diligũt. Job. xxiiij. Per noctẽ erit fur: oculus aũt adulteri obs̃uat caliginẽ dicens. Non me videbit oculus ⁊ operiet vultũ suũ/ perfodit in tenebris domos. sicut in die ꝯdixerãt sibi: ⁊ ignorauerunt lucem. si subito apparuerit

aurora:arbitrant̄ vmbrā mortis:⁊ sic in tenebris quasi in luce ambulant.

¶ Dicūt igit̄ discipl'i dño. Mane nobiscū qm̄ aduespascit et inclinata est iam dies. Vesperascit certe nūc apd̄ nos/⁊ inclinata est dies ꝟtutum ac sāctitatis in vniuersa eccl'ia dei. Igitur dr̄ Hier̄.vj. Ve nobis qm̄ declinauit dies/scz fidei ⁊ ꝟtutum/et longiores facte sunt vmbre vesperi.i.qꝛ non illuminātur nec emendant̄/sed ꝑseuerat nox.nō illumiata sicut dies.ps̄.cxxxviij. Ideo dr̄ surgite/et ascendam⁹ in nocte(scilz peccati)et dissipemus domos eius scz iniquitatis.

¶ Scd̄m documentū est ꝙ de⁹ est p̄cibus inuitand⁹ atqꝫ cogend⁹. Sic in multis alijs locis scp̄ture legim⁹ dñm precib⁹ fuisse coactū.i. quasi coactū. Cogere deū ꝟe nemo pōt sed cogi dr̄ precib⁹ qñ sua benignitate victus/ad nostras inclinat sua lumina p̄ces. Dr̄ igitur ⁊ coegerūt illū. Cogi se patitur qui vinci nō pōt:flectit̄ irat⁹ voce precāte de⁹.s̄m Oui. ¶ Tertiū documētū est ꝙ hospitalitas meritoria ē atqꝫ laudabilis. Per hanc enī placuerūt quidā angelis hospicio receptis. Hebreo.vl.veluti Abraā.Gen̄.xviij. Nō modo inuitādos: īmo etiam cogēdos hoc testimonio ꝑegrinos edocemur. vt ait Grego. Quāquidē hospitalitatē episcopos p̄mū decet atqꝫ sacerdotes.vt in.c.j.xlij.di.q̄ꝫobrem vetat canon sacerdotib⁹ eā penuriā q̄ hospitalitatē excludit. vt i.c.ij.ex̄.de supplē. negli.p̄la. Ad hoc accedit illud Esa. lviij. Peregrinos vagosqꝫ induc ī domū tuā:qd̄ xp̄s negantib⁹ īproperabit dicēs. Mat.xxv. Hospes eram:et nō collegistis me. Colligunt̄ hac tēpestate poti⁹ meretrices in p̄latoꝝ domib⁹: q̄ꝫ paupes:⁊ mimi poti⁹ q̄ꝫ ꝑegrini:flagiciosi potius q̄ꝫ religiosi: dissoluti potius q̄ꝫ sancti. Coegerūt ḡ eū precib⁹ manibusqꝫ trahētes:hoc fortasse mihi bonum est nō eē violētos in gallia fratrū hospitatores/ne pāni seu vestꝫ quotidianis lacerationib⁹ exuantur fr̄es. Bene mihi est et ceteris/q̄ vestē nōdum hac occasione laceratā habemus. puto ꝙ si integra staret donec hoc ope disrūpetur sufficeret ad multos annos. ¶ Aliud est notandū ꝙ tāta erat verboꝝ dñi gr̄a vt eius cōsortio desiderarent ꝑpetuo frui qui eum audierant. Nam licet ꝑegrino ac vili esset amictu indutus:nilqꝫ splēdoris cultus haberet. Virtus tñ et gr̄a clarum eū atqꝫ carissimū reddidere:semper enim virtus est gr̄a digna.sed vbi sui reppererit amatores. Apud lubricos ⁊ vitiosos autē nō virt⁹:sed opes laudātur. Ideo pauperes q̄ꝫtuncūqꝫ boni ⁊ docti nequaq̄ꝫ hospicio diuitū recipiuntur.iux̄ illud Oui. Ipse licz venias musis comitat⁹ homeri. Si nichil attuleris:ibis homere foras. Itē est notādum ꝙ dñs est retinend⁹.iux̄ illud Can.iij. Tenui illum nec dimittam dicētes cū ps̄.xxxvij. Ne dereliquas me dñe deus meus:ne discesseris a me. ¶ Habitāt autē libenter hospites in hospicio vbi p̄mum quidem hospes gratiosus ⁊ liberalis ē.vbi domus honesta ⁊ leta.vbi bñ cuncta ministrantur bona.vbi varia est delectationis occupatio.vbi grata societas. vbi iocunda est vita. Sic hospes qui primū christo gratus est:et qui q̄cūqꝫ habet.scz bona mūdi/corpus ⁊ aīam/liberaliter obtulit christo.nil sibi reseruans veluti bonus religiosus:aptus est xp̄m hospicio tenere/quē hoc modo nō detinebunt auari ⁊ parci/se potius q̄ꝫ deum diligētes. Secundo domum honestam habēt virgines et casti:in qua Christus libenter habitat. quia q̄ diligit cordis mundiciā habebit amicū regē. ꝓuer.xxij.et incorruptio facit esse ꝓximum deo. Sap.vj. Non igitur habitabit in lubricorum et infamiū domo. Tertio oportet domum habere respectū iocundum.sic in leticia spiritus:non in tristicia deo hospicium preparamus. Quarto oportet domū esse refertā bonis: id est animam virtutibus.vbi sit candidus humilitatis panis/dulce caritatis vinum:mundus patientie cibus.cetera

rumq; virtutū oīm cumulus. Quinto societatem sacrorum continuam librorum quos pro solatio habere debemus. j. Macha. xij. Sexto variam oblectationis materiā. nunc scilz volare aues ptemplationis: nūc venari quadrupedes virtutum: nunc rethia tendere verbi ad anīas salubriter capiendas: nunc fontes visere lachrimarum nunc mōtes ascendere diuinarū speculationum. Septimo oportz ibi esse letam oīno vitā vt videlicet oīa ꝓpter deum cū leticia fiant. Hijs conditionib⁹ facile detinetur dñs in hospicio nostro qui dicit. Ad eum veniemus ⁊ mansionē apud eum faciem⁹. Joh. xiiij. Ergo mane nobiscum dñe/ quoniā aduesperascit et inclinata est iam dies. ¶ Tunc intrauit cum illis. O q̄z beati viri qui tanto comite fruebantur: intrauit cum illis/ qui erat cū illis: ⁊ operabatur pro illis. qui intendebat super illis/ ⁊ oīe noxium auferebat ab illis. Demū venerunt ad mēsam vt reficerent egentes cibo/ vt ḡescerent lassati: vt ꝓfabularentur quieti: gestiebant videre peregrini mores in mensa: cuius sermones gustarāt in via. Credo coegisse vt dignior ē sumeret locū/ qui venustatē pre se ferebat regie maiestatis. Cōtemplantur modestiam in cibo/ moderantiā in verbo grauitatem in loco/ hilaritatē in aspectu/ honestatem in motu/ disciplinam in gressu/ maturitatem in sessu/ iam se refici sentiebant in mente/ gratia illi⁹ quem speculabantur in corpore.

¶ Et factum est dum recūberet cū eis accepit panem: non statim ori applicans vt vorare/ sed vt benediceret et benedixit inquit. Benedicamus et nos dñm in omni tempore. pſ. xxxiij. Benedictio preueniat refectionem: ⁊ post benedictionē tutior erit refectio q̄z turpe q̄z rusticum est brutali more cibum impetu capere: in escas ruere: priusq̄z benedicere. Benedixit dominus panem ac fregit. non vt quidam opinantur quasi cultello scidisset: sed simpliciter more cōmuni fregit manibus illis pulcherrimis atq; sanctissimis: mundissimis atq; fulgentib⁹. Et porrigebat illis: qui cunctis porrigit escam/ qui dat escam oīni carni. psal. cxxxv. Qui aperit manū suam et implet oīne aīal benedictione. pſ. cxliij Omnia enī ab eo expectant vt det illis escam in tēpore. pſ. ciij. Qui dat iumentis escam ipsorum ⁊ pullis coruorum inuocātibus eū. pſ. cxlvj. Et cum porrigeret illis panē aperti sunt oculi eor. Oculos aperit facile quisquis donū sibi porrigi videt. Aperit oculos iudex iniquus et aduocatus mendax dum sibi aurū porrigi conspicit. porrige igitur ⁊ illumiabit te xp̄s. da paupi panē/ ⁊ recipies a xp̄o lucē. ¶ Aperti sunt oculi eorū: ⁊ cognouerunt eū. Ipse enī se cognoscibilem p̄buit: quia qualem voluit seipsum illis ostendit. Cognoscent aliquando dñm omnes. Piere. xxxj. Felicius aperti sunt oculi discipulorum ad speculandam christi gloriam: q̄z ꝓthoplaustorum ad intelligendam peccati confusibilis ignominiā. Cum autem cognouissent eum: statim euanuit ex oculis eorum/ prospectum eripiens oculis sui corporis almi. O q̄z tristes cū gaudio liquit. Euanuit ex oculis eorum. Euanescit christus: euanescit mund⁹ euanescit homo. Euanescit xp̄s dum suam nobis vel pñtiam: vel grām subtrahit. pñtiā subtraxit hijs discipl̄is: sz nō penit⁹ ab eis recessit. qm̄ ad eor fidem ꝓfirmandā hoc fecit: nō gratiā auferendā/ quomodo dulcedinē sepe deuotionis abstrahit dilectoribus suis: ne vel supbiant/ accepto munere: vel minus placeat quod habetur omni tempore: veluti nauseam generari dicebant filij israel ex continuo cibo manne. Numeri. xj. vel vt amissam ardentius querant gratiam. Ideo dicitur Job. xxxvj. In manibus abscōdit lucem: et precipit ei/ vt rursus adueniat: annunciat de ea amico suo q̄ possessio eius sit. ⁊ ad eā possit ascēdere. Solent enī hoīes cauti⁹ gratiusq̄ seruare qd̄ semel amiserint carū: sic ⁊

mater qñq̃ filio subtrahit mãmas nõ
qꝛ in ꝑpetuũ priuare eũ intẽdat/ sed
qꝛ appetitũ acuere ad rursus eas de-
poscendas momẽtanea vult ꝑuatiõe.
Vñ.ps̃.cxxx. Sicut ablactatꝰ super
matre sua:ita retributio in anĩa mea.
Qꝛ sicut infans ad tẽpus priuatus:
postea tñ vberibus dulce lac manan-
tibus alitur: sic deuotus homo qñq̃
priuatus dulcedine deuotionis/ vbe-
rius postea saturatur:ꝛ sapidius dul
coratur gustu recuperato. ¶ Euane
scit autẽ qñq̃ xp̃us nõ quidẽ ludẽdo:
sed vere per pctm̃ recedendo.iuxta il
lud Joh.viij.in fi. Jesus autẽ abscon
dit se et exiuit de tẽplo. Siquidẽ pec
cato supueniente xp̃s ab aĩa fugit.ve
luti intromisso in domũ hoste hospes
domo egreditur locaticia. In ꝓpriã
autẽ domum intromittere hostem vel
impotentie est:vel ignauie. Sic in ꝓ-
priam domũ xp̃us nequaq̃ intromit-
tit hostẽ/sed in cor hoĩs non nisi loca-
titio habitat modo:qꝛ ĩq̃tum homini
placet ibi habitat:ꝛ non vltra/qꝛ libe
ram habet homo suijpsius potestatẽ.
O infelices nimiũ qui xp̃m domo pel
lunt/ꝛ diabolũ intromittunt. Euane-
scit scd̃o mundꝰ qui est ipsa vanitas.
Eccl̃s.j. Vanitas vanitatũ:ꝛ oĩa va-
nitas. Ideo quasi in sõnijs viuit̃ ĩ hoc
mũdo.ps̃.lxxv. Dormierũt sõnum su-
um:ꝛ nihil inuenerũt oẽs viri diuitia
rũ in manibꝰ suis.et Esa. xxix. Erit si
cut somniũ visionis nocturne multitu
do oĩm gentiũ:ꝛ sicut sõniat esuriens
ꝛ comedit:ꝛ sitiens sõnians bibit:ꝛ cũ
expgefactus fuerit vacua est aĩa eiꝰ.
Job.xx. Velut sõniũ auolãs nõ inue-
niet̃: trãsiet sicut visio nocturna. Idẽ
xxvij. Diues cũ dormierit nichil secũ
afferet:apiet oculos suos/ꝛ nihil ĩue-
niet. Alanꝰ. Apparet fãtasma viris:sꝫ
rursus ab illis ꝟtitur in nihilũ qd̃ fuit
ante nihil.sic adest:sic abest: fugitiui
gl̃ia mũdi. Non priꝰ aduẽtat:q̃ quasi
somnꝰ eat.vñ Eccl̃i.xl. Modicũ aut
quasi nihil in req̃e:ꝛ ab eo in sõnijs q̃si
in die respectus. Euanescit tertio ho
mo q̃ morit̃ nec ampliꝰ videtur. Job.
xx. Oculus q̃ eũ viderat:nõ videbit/
neq̃ vltra intuebit̃ eũ locus suꝰ. Idẽ
vij. Ventꝰ est vita mea:ꝛ nõ reuertet̃
oculus meꝰ vt videat bona:nec aspi-
ciet me visus hoĩs.ps̃.cij. Qm̃ spiritꝰ
ꝑtransibit ĩ illo:ꝛ nõ subsistet:ꝛ nõ co-
gnoscet ampliꝰ locũ suũ. Idẽ.lxxvij.
Spũs vadẽs ꝛ nõ rediẽs.hoc ꝓfecto
lamẽtabile est ꝙ amicoꝝ pñtia penitꝰ
deleatur:nec vltra videat̃ homo post
mortẽ. Quotquot p̃cedentibꝰ in secu
lis trãsierunt a mundi ꝯstitutione ne-
quaq̃ vltra visi sunt/sed neq̃ nos futu
ris visibiles apparebimꝰ/q̃ obrẽ nec ĩ
memoriã erunt ꝑora:nec eoꝝ q̃ postea
futuri sunt erit recordatio apud eos/
qui postea futuri sunt ĩ nouissimo. Ec
cl̃i.j. Cõteret aũt dñs popl̃os hos in-
numerabiles ꝛ stare faciet alios pro
eis. Job.xxxiiij. Hãc ob cãm fleuisse
dr̃ Xerses persarũ rex videns infinitã
sui exercitꝰ multitudinẽ:dicens eam
breui tpe periturã. nec vnũ quidẽ ex
oĩbus post centeniũ supesse. Bene igr̃
dicit ps̃.xxxviij. Verũtamẽ vniuersa
vanitas oĩs homo viuẽs: thesaurizat
et nescit cui ꝯgregabit ea. Nobis aũt
xp̃ianis haud parua mãet solacij rõ.
ex ea quã speramꝰ mortuoꝝ resurre-
ctione ꝛ vita futura. Sicut canit pru
dentiꝰ dicẽs. Nam qd̃ req̃escere cor-
pus:vacuũ sine mẽte videmus. Spa-
ciũ breue restat:vt alti repetat colle-
gia sensus.venient cito secula cum iã
sociꝰ calor ossa reuisat. Aĩataq̃ sãgui
ne viuo habitacula ꝑstina gestet: que
pigra cadauera pridẽ tumulis pate-
facta iacebãt:volucres rapient̃ in au
ras:aĩas comitata ꝑores/iã mesta q̃e
sce q̃rela: lachrimas suspẽdite mr̃es.
nullus sua pignora plãgat : mors hec
reparatio vite est/sic semina sicca vi-
rescunt/iam mortua/iamq̃ sepulta.q̃
reddita cespite ab ymo veteres medi
tant̃ aristas. Sic dicit apl̃us arguẽs
(sed nõ efficaciter) nr̃am resurrectio-
nem.j.Coꝝ.xv. Insipiens tu qd̃ semi-
nas nõ viuificat̃/nisi prius moriatur:
sed contrariũ videt̃ dicere. Job.xiiij.
Lignũ habet spem si precisum fuerit:

rursum virescit.et rami eius pullulāt si senuerit in terra radix eius ⁊ in pul uere emortuus fuerit truncus illius ad odorē aque germīabit:⁊ faciet comā quasi cū primū plantatū est. Homo ꝟo cū mortuus fuerit ⁊ nudatus atq; ꝯsumpt⁹ vbi queso est:' quomō si recedāt aque de mari et fluui⁹ vacu⁹ arescat. Sic hō cum dormierit nō resurget donec atteratur celū nō euigilabit/nec consurget de sōno suo. Dicēdum est ꝙ Job nō ꝑdidit totalē spem resurgēdi:sed planxit moram dicēs. Donec atteratur celū nō euigilabit: nō ꝙ celum aliqñ atteratur. Sed spiritualiter dicitur atteri:sicut stelle dicuntur ex eo casure. Mat.xxiiij. Qđ dñs dedit in signū futuri iudicij.vbi omnes resurgemus vtinam ad vitam eternam. Amen.

¶ Feria tertia post Pascha.

Dicitur Luc.vlt. ꝙ postq̄ euanuit dñs ab oculis discipuloꝝ (vt supra in ꝑmone ferie scđe dictū est) ꝙ regressi sunt ī hierusalē et inuenerunt cōgregatos vndecim (scz discipulos) et eos q̄ cū illis erant dicentes ꝙ surrexit dñs vere: et apparuit simoni. Vbi autem facta fuerit apparitio hec/ non habetur. Et ipsi narrabant q̄ gesta erant in via:⁊ quomodo cognouerunt eum in fractione panis. dum autem hec loquuntur stetit Jesus in medio eoꝝ:et dixit. Pax vobis. ¶ In medio domin⁹ stat omnium fidelium iustoꝝ siue collectorū: siue singillatim acceptorū. In medio se habitare congregatorum in suo nomine. Ipse testatur dicens. Matth. xviij. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo: in medio eorum sum. In medio autem singulorum iustorum se habitare dicit cū patre. Johan.xiiij. Si quis diligit me sermonē meum seruabit:⁊ pater meus diliget eum:et ad eum veniemus/et mansionem apud eum faciemns.et Apo.xx. Ipse deus habitabit cum eis. Idem habetur.ps̄.v. Licet autem in medio cunctorum habitet iustorū: in nullo tamen eo modo quo in gloriosa ꝟgine (in qua nō modo spiritualiter excellētiorem pre ceteris gr̄am tribuens: verum etiā corpaliter parem gl'iam nemini cōferens) habitauit. Potest igitur dicere gloriosa virgo. Dilect⁹ meus inter vbera mea ꝯmorabit̄. Can.j. id est in medio cordis ante et nō retro in medio nō in angulo.

